thịt: *ſom ou eſtrondo de queda*: ſonus ſeu ſtrepitus ex aliqua re decidente. aliqui thệit.



thiu: *couſa depois de cozida ià ſeidiça*: corruptum aliquid poſtquam coctum eſt, quia diù relictum, vel malè cuſtoditum. com thiu: *arròs cozido ſeidiço*: oriza cocta iam corrupta.

thô bỗ: *ruſtico mal criado*: ruſticus, inurbanus, inciuilis. quê mùa, idem.

tho của: *confiſcar os bens, tirar el Rey a renda*: fiſco addici bona, abrogari à Rege annuos redditus alicui. tho của lại: *tornar a tomar o que ſe tinha dado*: repetere quæ iam data fuerant.

tho, thơm tho: *bom cheiro*: odor bonus.

thổ lộ: *peitar*: corrumpere donis, ſubornare. thụ lộ, idem.

thó, đất thó: *barro, terra barrenta*: argilla, æ. argilloſa terra.

thó, đánh thó: *eſgrimir*: digladior, aris.

thổ, đất: *terra*: terra, æ. đia, idem. thổ vàng: *barro*: argilla, æ. thổ chủ: *Senhor da terra*; terræ dominus, ſub

hoc nomine adorant diabolum, vel antiquos possessores illius regionis, illisque altariola erigunt in ipsis agris. thổ coũ: *outro Senhor da terra*: terræ Dominus quem intra septa domus adorant. quan đất, idem thổ kì, thieng đất: *spirito da terra*: terræ spiritus. sic vocant diabolum quem putant tutelarem locí, thần, idem. hŏàng thien hậu thổ, ḉua blờ i chúa đất: *o Rey do ceo, e o Senhor da terra*: Rex cæli & Dominus terræ. hæc nomina vsurpant Ethnici in solemnibus iuramentis.

thố: *lebre*: lepus, oris.

thộ lỗ; *leuar peitas*: munera accipere. đi lỗ: *peitar*: munera dare.

thơ, lơ thơ: *achacoso*: valetitudinarius, ij.

thơ, cây thơ rơ: *aruore sem folha*: spoliata folijs arbor.

thơ mờng: *dar parabens*: congratulor, aris.

thờ: *reuereneiar*: colo, is. veneror, aris. thờ phượng: *adorar*: adoro, as. nơi thờ: *lugar de adoração, altar*: altare, ris. adorationis locus. ảnh thờ: *imagem do altar ou do oratorio*: altaris imago vel oratorij. phủ thờ: *a caza que está no paço em que o Rey fas suas ceremonias a seus antepassados*: superstitionum domus in palatio, in qua nimirum Rex suos progenitores colit.

thở: *resfolegar*: respiro, as. nhặọc thở lám: *arquejar de cançado*: anhelare ex lassitudine, vt postquam quis multum cucurrit, vel morti proximus est. thở ra thở ḉĕào: *tomar folego*: spiritum resumere. than thở: *gemer. suspiro*, as. văn, thở dài, idem.

thợ: *official mecanico*: mechanicus, i. làm thợ là m thũ, idem, thợ mạọc: *carpinteiro*: faber lignarius. thợ bạc: *ouriues*: aurifex, ficis. thợ rèn: *ferreiro*: faber ferrarius. thợ am hiểu: *official primo que fas as obras del Rey*: artifex egregius qui regis opera perficit. thợ máy sắt: *sarralherro*: clauicularius faber. thợ máy sũ, idem. thợ may áo: *alfayate*: sartor, is.

thở á:

thŏả: *mancebia*: lupanar, is. proſtibulum, i. con thŏả: *molher publica*: meretrix, icis.

thŏận lào ai: *ganhar a vontade a alguem*: adipiſci animum alterius. đẹp lào ai, idem. hŏà thŏận: *concordar*: concorditer viuere, conuenire animis.

thŏảng, vide thỉnh thŏảng.

thŏảng, thấp thŏảng: *por de mais*: perfunctoriè. alij thất thŏảng.

thŏát chŏúc: *no meſmo inſtante*: ſtatim, ſubitò. bóữ chŏúc, tức thì, idem. đi thŏát thŏát: *ir de preſſa, ligeiro*: velociter incedere, citato paſſu & leui. celeri paſſu & agili ambulare. đi hŏán thŏát, idem.

thŏạt, đối: *mentira*: mendacium, ij. húy thŏạt, idem.

thóc, vide thăóc.

thộc, cái thộc: *ſeringa*: ſyringa, æ.

thŏê, vide thüê.

thŏế, vide thüế.

thoi, cái thoi: *lancadeira do tear*: radius ſeu inſtrumẽtum textoris quo ſubtegmen ſtamini inſeritur. thoi dệt cửi, idem.



thoi mực: *pão de tinta da China*: fruſtum atramenti Sinenſis quod ſolidum eſt, & petræ confricatum cum pauxillo aquæ liqueſcit vt ſcriptioni inſeruiat.

thôi: *baſta*: ſufficit. thôi hết: *acabarſe*: abſoluo, is. thôi đŏạn: *depois*: poſtea. khỏi một thôi: *paſſado hũ pouco de tempo*: exiguo temporis ſpatio elapſo. một gey, idem. đi đàng hai thôi ba thôi đến nơi: *fazendo dous ou tres pouſos no caminho cheguei a o lugar*: paululum quieſcendo bis aut ter in itinere perueni ad locum.

thôi mùi ra: *desbotarſe a tinta*: decolorari. mùi thôi ra aó tláng: *apegarſe a tinta como da loba no iubão*: colorem vnius veſtis alteram inficere. ủ mùi, idem.

thói *coſtume*: mos, moris. lè lŏệt, phép, idem. thói nực người: *coſtume dos eſtrangeiros*: mos exterarum gentium. theo thói: *ſeguir o coſtume*: conſuetudinem ſectari.

thôi: *feder;* fœteo, es. hôi hám, idem. thôi tha: *fedorento*: fœtens, ntis. lúa thôi: *perderſe a ſeara por lhe entrar muita agoa e a cubrir*: putrefieri orizam in agris ob niniam aquam irrumpentem &c. huy đi, idem.

thổi, gió thổi: *o uẽto aſſopra;* flat ventus. thổi lửa: *fazer fogo aſſoprandoo:* inſufflando ignem accẽdere. thổi com: *cozer arròz:* coquere orizã. các com, idem. củi thổi: *lenha pera queimar*: ligna ad comburendum. thổi kèn: *tanger gaita, frauta &c*: inflare tibias. thổi xüy đòũ: *atirar com zarauatana*: flando iaculari zarbatanâ. xüy hiệu khí: *tanger a trombeta*: inflare tubam. thổi bễ: *vſar dos folles de ferreiro*: follibus fabri ferrarij vti.

thơm: *dar bom cheiro;* odorem ſuauem emittere. thơm tho, idem. hương thơm: *perfumes*: ſuffitus, vs.

thơm, rau thơm: *hortelãa*: mentha, æ.

thôn làng: *hũa parte da aldea em que eſtà bom numero de cazas iuntas, e como a-*



*partadas das outras da meſma aldea*: pars notabilis domorum ferè vnitarum inter ſe, & à reliquis ciuſdem pagi domibus ſeparatarum.

thửở: *dèſde*: ex quo, tùy, idem. thửở bé: *dèſde menino*: à tempore pueritię. thửở xưa: *dèſdo tempo antigo*: antiquitus, ab antiquo, olim. alij khửở, vel khüở, vel etiam thüở.

thốt, nói: *ſallar*: loquor, eris. máng thốt: *agaſtarſe de palaura*: verba iracundiæ proferre.

thớt: *banquinho ou taboa em que ſe corta o peixe, carne &c. pera ſe cozinhar*: ſcabellum aut tabula ſupra quam in fruſta ſecatur caro, piſcis &c. ad concoquendum.

thớt tơ: *roda de ſeda*: orbiculus bombycis.

thửục, chuộc: *reſgatar*: redimo, is.

thửục lề: *peitar*: ſubornare muneribus.

thoũ, biết: *ſaber;* ſcio, ſcis. thoũ minh sáng láng: *claro*: clarus, a, vm. đã thoũ: *o periodo já eſtà bem*: periodus iam currit. đã thơn, idem.

idem. thoũ: *communicar*: communico, as. thoũ coũ: *communicação dos merecimentos, ou communicação dos Santos*: communicatio meritorum ſeu communio ſanctorum. thoũ đạo: *communicar a ley*: communicare legem, docendo &c. thoũ ſư: *interprete*: interpres, etis. thoũ thien đia nhin biet nhu: *o eſtudante deue ſaber do ceo e da terra e do homẽ*: ſcire debet de cælo de terra & de homine qui ſtudijs vacat.

thoũ, cây thoũ: *certa aruore*: arbor quædam vocata thoũ.

thóũ: *lugar de theſouro*: theſauri locus. thẽ thóũ đẽạ bạõ rọũ rải: *liberal*: munificus, a, vm.

thòũ vide thũ.

thóũ *zarauatana*: zarbatana, æ. bắn thóũ: *atirar com zarauatana*: zarbatanâ flando iaculari. xüy đòũ, idem.

thỏũ thĩn *lugar alto e baixo não plaino*: inæqualis locus, altiores ſcilicet partes habens, & alias depreſſiores.

thủ, mùa thu: *outono*: autumnus, i. ăn trũ thu: *a feſta e comer que fazem aos quinze da oitaua lua que he o meyo deſeu outono*: conuiuium feſtiuum quod celebrant decima quinta die lunaris mẽſis octaui dum ad medium ſui autumni perueniunt.

thu the: *mato baixo*: ſylua humilis.

thu: *a contribuição de muitos*: contributio multorum. đi thu tiền: *aiuntar a contribrição de muitos*: contributiones multorum congregare. gŏp tiền, idem. đi thu giáo: *irem muitos iuntos pedir eſmolas*: multos ſimul erogare ſtipem.

thu: *inimigo*: inimicus, i.

thú, câm thú, muông chim: *animaes e aues*: quadrupedia & volatilia.

thú *coſtume*: mos, moris. thói, idem. thú làng: *coſtume da aldea*: conſuetudines pagi. thú chợ: *coſtume do bazar*: conſuetudo ſori.

thủ, đầu: *cabeça*: caput, pitis.

thủ, giữ: *guardar*: cuſtodio, is. thủ trấn xứ: *gouernador*

*nador da Prouincia*: Gubernator Prouinciæ.

thủ, cô thủ: *tangedor nas festas*: cytharadus in festis.

thủ tiét: *viuuo, ou viuua*: viduus, aut vidua.

thụ: *receber*: recipio, is. admitto, is. thụ lô: *tomar peitas*; munera admittere. ăn thụ lô, idem.

thụ, khi thụ sóũ lâu: *viuer muito tempo*: viuere diu.

thư: *carta*: epistola, æ. gưởi thư: *mandar carta*: epistolam mittere. phũ thư: *fechala*: literas obsignare. ấn thư, idem.

thứ: *vòs que fas numèro ordinal*: particula numeri ordinalis. thứ mái: *quantezimo*: quotus? thứ nhít: *o primeiro*: primus. thứ hai: *o segundo*: secundus. & sic in cæteris numeris. thứ tự: *ordem de preeminencia conforme a dignidade*: ordo præeminentiæ iuxtà dignitatem personæ. ngồi có thứ tự: *no assentar se olha polla dignidade*: ordo dignitatis seruatur in sedendo.

thứ dân: *o pouo*: populus, i. sự dân, idem.

thứ: *perdoar, soffrer*: parco, is. fero, fers. thứ kẻ yếu làm: *soffrer os fracos*: ferre imperfectorum mores. thạ, idem.

thử: *experimentar*: experior, iris. thử xem lào ai: *prouar alguem*: experimentum facere alicuius.

thua: *perder, ficar vencido*: vinci: vt in sponsione, in ludo, in disputatione, in bello & similibus. mất thua, idem.

thưa: *responder*: respondeo, es. thưa ràng, idem.

thưa: *cousa rala mal tapada*: rarus, a, vm. res non benè compacta. đẻai thưa: *cangarala mal tapada*: rara tela vel tenuis male compacta. phen thưa: *cajão ralo*: rara storea malè compacta.

thừa: *sobejar*: supersum, es. dư, thừa lưà, idem.

thứa, khách thứa: *hospede, estranho*: hospes, pitis. extraneus, a, vm. nguòi lạ, idem.

thứa, cái thứa: *lima de raspar pao*: lima qua limatur lignum.

thứa, đạt thứa: *dar final*

*ao official*: arrham dare. glůa, idem. melius, đạt cọc.

thủa: *elle*: ille, a, vd. referendo eum, de quo prius fuit sermo.

thuâng, vide thuông.

thưâng, vide thưo-ng. & sic de similibus.

thúc, thứ thúc: *veludo*: villosum sericum.

thúc, đánh thúc: *dar com o ioelho*: percutere, vel impellere alium genu, inflexo poplite.

thứ-c: *cor*: color, is. thứ-c vàng: *couſa amarela*: flauus, a, vm. &c. sắc, mùi, idem.

thứ-c: *ſpecie de couſa*: ſpecies, ei. thứ-c nọ thứ-c kia, sự nọ sự kia: *aquilo e aquelle outro*: illud & illud aliud. thứ-c gỗ: *couſa de pao*: res lignea. thứ-c vàng: *couſa de ouro*: res aurea. & sic de similibus. mộ-t thứ-c mộ-t: *de cada ſpecie hũa couſa*; vnum quid ex vnaquaque ſpecie.

thứ-c: *eſpertarſe*: expergiſcor, ceris. thứ-c dậy: *eſpertai e aleuantaiuos*; expergiſcere & ſurge. thứ-c thâu đêm: *eſtar acordado toda a*



*a noite*: inſomnem ducere noctem.

thứ-c, tâm thứ-c: *agaſtar-ſe muito*: excandeſco, is. ira vehementi corripi. gẹn thứ-c, idem.

thực, ăn: *comer*: cibus, i. comedo, is. Chúa cầm thực: *o Rey pega do comer*: cibum Rex manu apprehendit, ideſt comedit. nhệt thực: *eclipſe da lua*: eclipſis lunæ. fatuè enim putãt tempore eclipſis draconem quendam ingentem quem vocant gấu deuorare ſolem aut lunam, atque ita crepitaculis, tintinnabulis tormentis etiam bellicis ſoli vel lunę laboranti opem ſe ferre putant fugando draconem.

thuê: *alugar, fretar*; loco, as conduco, is. thuê mướn, idem, dicitur autem tam de hominibus quam de alia re quacunque.

thuế: *rendas*; tributum, i. làm thuế: *arrecadar as rendas*, tributa colligere. làm qúi, làm tiền, idem. nộp thuế: *pagar a renda*; tributa ſoluere.

thui: *chamuſcar*: ſemiuſtulo,

ſtulo, as. thui thuyèn: *chamuſcar por fora a embarcação peraque o bicho a não coma*: amburere nauigium ad extra ne vermes illud perforẽt. thui nghệ: *chamuſcar a bufara*; vſtulare bubalum. thui tlâu, idem. thui me: *chamuſcar o boy*; oburere bouem. thui bò, idem.

thúy: *bulle*; vas paruum, diota parua.

thủy, nưóc: *agoa*; aqua, æ. đi thủy: *ir por mar*: mari iter arripere. cỗên thủy: *soldados que remão*; milites simul & remiges. lụt hòũ thủy: *diluuio vniuerſal*; diluuium vniuerſale. cả nưóc, idem. thủy tụ: *agoa que não corre*; aqua conſiſtens. thủy phủ: *diabo que cuidão preſide ao mar*; mare gubernans diabolus, vt ipſi falsò putant. phù thủy, vide phù.

thủy: *azougue*: argentum vinum.

thủy, ngăọc thủy tinh: *criſtal, vidro tranſparente*: cryſtallus, i. vitrum pellucidum. lọ thủy tinh: *garafa, galheta*: vitreum vaſculum, vitreus vrceolus.



thuyèn: *embarcação*; nauigium ij. thuyèn gii: *embarcação de peſcar nomar largo*: nauigium ad piſcandum in alto. thuyèn lé: *galè*; triremis, is. đi thuyèn: *ir por agoa*; aquatile iter arripere. phải thuyèn: *fazer naufragio*; naufragium pati. bụôc thuyèn lại: *enrotar a embarcação*: nauigium viminibus nouis col. ligare. tháo thuyèn: *desfazela*: nauigium ſoluere ac in fruſta diuidere. thui thuyèn, vide thui.

thuyết: *neue*: nix niuis.

thưng gạo: *medida piquena de arròs*: menſura parua orizæ. đấu, idem.

thüó, vide thŏó.

thuóc: *mezinha*: pharmacum, i. medicina, æ. thuóc the, idem. thúoc hiệu: *mezinha excellente*: medicina præſentanea. thày thuóc: *medico*: medicus, i. săc thuóc: *cozer a mezinha*: medicinam concoquere. bã thuóc: *o bagaço da meizinha que ſe bota fora*: pharmaci magma quod eijcitur. phải thuóc: *fes lhe mal a mezinha, ou derão lhe peçonha*: medicina nocuit, vel,

vel, venenum eſt propinatũ.
thuóc đọuc: *peçonha*: venenũ, i. thúoc mát dẽa: *refrigeratiua*: pharmacum refrigerans.
thuóc mạnh: *mezinha teza*: pharmacum vehemens.
thuóc lào: *tabaco*: betum, i. ăn thuóc: *tomar tabaco*: betum haurire. hút thuóc, idẽ.
thuóc: *poluora*: puluis tormentarius. đánh thuóc: *faner poluora*: puluerem tormentarium conficere.
thuóc: *tintas de tingir*: colores ad imbuendum pannũ aut telam.
thuóc vẽ: *cores de pintar*: colores ad pingendum. pha thuóc: *temperar as tintas miſturandoas*: colores per miſturam componere.
thʉ́ơc: *couado de medir*: cubitus, i.
thʉ́ơc cửi: *o pao em que no tear ſe enrola a tea*: lignũ cui tela inuoluitur dum texitur.
thʉ́ơc kẻ: *regra de regrar*: regula ad ducendas lineas.
thuọc: *eſtudar de cor*: memoria addiſcere. thuọc lào, idem. đã thuọc: *ià ſabe fallar*: didicit iam linguam.
thuọc về ai: *pertencer a alguem como a amo ou Senhor* pertinere ad aliquem tanquam ad patronum aut Dominum. xã nầy thuọc về Chúa: *eſta aldea pertence a el Rey pera arrecadar a renda della*: ſpectat ad Regem pagus hic, vt ab eo tributa Rex exigat. cai thuộc: *o mandarim a quem pertence a renda*: magiſtratus ad quem ſpectat tributum.
thửông, cái thửông: *pangale que tem o ferro cauo*: ligo ferrum habens directum cũ haſtili & concauum aut excauatum in longitudinem.
thʉ̛ơng: *ter compaixão, querer bem*: miſereor, eris. amo, as. thʉ̛ơng yêu, idem. thʉ̛ơng hẽ: *miſerauel de my, ou miſerauel de ty*: heu me miſerum, vel, heu te miſerum. modus ſignificandi compaſſionem qua quis dignus videtur. thʉ̛ơng hại, khốn nạn, idẽ. chịu thʉ̛ơng chịu khó: *ſofrer trabalhos e miſerias*: ferre labores & miſerias. nhà thʉ̛ơng: *caza de miſericordia, hoſpital*: miſericordiæ domus, Xenodochium, ij. nhà thʉ̛ơng;

*certa proſapia dos Reis, da China*: familia quædam regum Sinenſium. thường xót ai: *vſar de miſericordia com alguem*: miſericordiam præſtare alicui.

thường: *de ordinario*: ordinariè. bừa, idem. lễ thường: *dia Santo ordinario não dos mayores*: ordinaria feſtiuitas. thường lệ: *ordinariamente*: ordinariè, sẽper. lien, idem. thường: *continuar*: continuo, as. aſſiduum eſſe. vô thướng: *nome de certo diabo do qual tem medo os velhos*: nomen diaboli quem timent ſenes. & ideò anni noui triduo in templa idolorum confugiũt, quia putant ſolo illo tempore aduenire ad quærendum illos & occidendum, ideòque dici, vô thường, quia non ſemper inſidiatur.

thướng: *galardoar*: præmio afficere.

thưởng; *dar premio*: præmium largiri. thưởng kẻ lành phạt kẻ dữ: *apremiar os bons caſtigar os roins*: præmio donare bonos, ſupplicio afficere malos. có thưởng



có phạt: *ha de hauer premio e caſtigo*: præmium & pœna debent dari. thướng, idem.

thượng, tlen: *em cima*: ſupra. thượng đ'ế: *Rey de cima*: Rex ſupernus. thượng khâm, hạ khâm. vide khâm.

thuột cái thuột: *zaraũatana, ſeringa*: zarbatana, æ. ſyringa, æ. melius thụt, vel thột.

thụt gỗ tàu hút nước: *bomba da nao*: inſtrumentum ligneum per modum ſyringæ prægrandis, qua è ſentina nauis exhauritur aqua. thụt nước bể̀ào: *ſoruer a agoa*: attrahere aquam. thụt nước ra: *eſguichala*: expellere aquam è fiſtula.

thữ thúc, vide thúc.

thử: *barça de pao*: vas ligneum ad aquam, vel aliud continendum. thử voi: *barça em que bebem os elephantes*: ligneum vas in quo bibunt elephantes. làm thợ lam thử: *official mecanico*: mechanicus, i.

thủng, thí thủng: *polmão ou lobinho grande* tuber carneũ.

thử: *ſupo redondo*: vas rotundum è cannis indicis cõ-

tex-

textum concauum, ad varia exportanda inſeruiens. thũ gạo: *ſupo de arròs*: vas rotundum & concauum ex cannis indicis contextum ad orizam deferendam inſeruiens. thũ ſo͠n: *ſupo acharoado*: vas rotundum concauum è cannis indicis contextum, infectumque ſandaracha.

ti, nha ti: *o primeiro tribunal de letrados que ha em cada Prouincia*: tribunal primũ literatorum quod in qualibet Prouincia ius dicit. ſecundum tribunal dicitur, nha hiên.

tì, đô tì: *os que acarretão o corpo morto*: defuncti corpus aſportantes. đô tay, idem. alij đo trụi. tì lô, vide lô.

tí, chụôt: *rato*: mus, muris. giò tí: *hũa hora antes e hũa hora depois de meya noite*: hora vna ante, & altera poſt mediam noctem. chính tí: *meya noite em ponto*: vera media nox. ngày tí, tháng tí, năm tí, vide giò.

tí, củ tí: *tutano*: medulla, æ. alij tủy.

tị, răn *cobra*: ſerpens, ntis.



giò tị: *hora das noue atè as onze antes de meyo dia* hora à nona vſque ad vndecimam ante meridiem. vide giò.

tía cá: *cardume de peixe*: congregatio piſcium. đàn, idem. tía chim: *bando de aues*: concurſus auium. tía tlâu: *manada de bufaras*: armentũ bubalorum. tía lợn: *vara de porcos*: grex porcorum. tía chien: *rebanho de ouelhas*: grex ouium.

tiá, sắc tiá: *cor vermelhà que toca de roxa*; rubeus color obſcurus ad violaceum propendens.

tỉa ra: *tranſplantar como aruores ou ortaliça que eſtaua muito iunta*: tranſplantare vt arbores vel plantas vt latiora occupent ſpatia.

tiếng, vide tiếng.

tích, bệt tích: *final de ferida*; cicatrix, icis. dấu tích, idem.

tích, ngườ͠i dấu tích: *homem muito velho*: decrepitus, i. rủ rỉ, idem.

tích, vo tích: *ſem tenção*: voluntate carens. vô í, idem. chẳng có tích lào ſự ấy: *não tinha propoſito de fazer iſſo*:

intentionem non habuit faciendi illud.

tích cửa; *poupar*: sumptibus parcere.

tich, mở: *abrir*: aperio, is. địa tịch u sõu, đất mở giờ sõu: *a terra se abrio de hũa hora depois de meya noite atè as tres*: terra aperta est ab vna hora vsque ad tertiã post mediam noctem, ita in suis libris de creatione mundi cæcutiunt Sinenses.

tiéc: *ter pezar de algũa cousa se lhe perder ou gastar*: dolere de amissione, vel corruptione alicuius rei. tiéc cửa: *miserauel no gastar*: parcus & miser in expensis, tiéc mệnh: *fugir do trabalho*; subterfugere laborem.

tiệc, một tiệc ăn: *vn banquete*: conuiuium vnum.

tiêm, sinh tiêm: *mecha pera acender o fogo*: sulphurata, æ.

tiem la: *boubas*: morbus gallicus vel neapolitanus. alij tim la.

tiêm vi: *rebelar*: deficere à principe. làm nguy, blở làõ, ngịch, tranh vị, idem.

tien, tlước: *antes*: prius,



ante. tièn, idem.

tien, thần tien: *Anjo*: Angelus, i. thien thần, idem.

tien, tổ tien: *antepassados*: progenitores. tổ tũ, idem.

tien sư, vide, sư.

tien binh: *vanguarda*; primum agmen. tien, idem.

tiền, vide tien.

tiền, đòũ tiền: *caixas de cobre*: monetæ æreæ. một đòũ tiền, hai dòũ tiền: *hũa caixa, duas caixas*: moneta ærea vna, monetæ æreæ duę, & sic deinceps vsque ad sexaginta, tunc enim dicitur, một tiền: *sessenta caixas*: sexaginta monetæ æreæ, quia scilicet illæ iam æquiualerent mensuræ argenteę quã, đòũ bạc, vocant, & iulio romano quoad pondus videtur æqualis, hai tiền: *duas vezes sessenta caixas*: bis sexaginta monetæ æreæ, ba tiền: *tres vezes sessenta*: ter sexaginta monetæ æreæ, & sic deinceps vsque ad decẽ, nam tunc decies sexaginta seu sexcentę monetæ illę diuisæ per sexaginta, aut etiam vnitæ, vocantur, một quan tiền, quia scilicet æquiua-

lent

lent decem iulijs seu ponderi argenteo quod, lạng vocant. Iusitani tamen apud Sinas sicuti singulas sexagenas vocant centum sic decies sexagenas monetas seu sexcentas vocãt mille, quod à Iaponibus originem habuisse videtur qui mille huiusmodi monetas vocant, quan, & lusitani ad expeditius loquẽdum & negotiandum illud idem, quan, apud Annamitas donauerunt nomine, mille, cum tamen reuera non sint nisi sexcentæ huiusmodi monetæ. sic etiã eodem loquẽdi modo & numerandi vtentes, mọt tièn, donauerunt nomine centũ, cum tamen reuera non sint nisi sexaginta. một quan tièn: *mil caixas*: millæ monetæ æreæ seu potius sexcẽtæ. hai quan tièn, ba quan tièn & sic deinceps in infinitum một tlam quan tièn: *cem mil caixas*: centum millia monetarum ærearum, vel potius sexaginta millia. một nghìn quan tièn: *mil vezes mil caixas*; mille millia monetarum ærearum, seu potius sexcenta millia. attamen quinque ligaturæ monetarum vocantur, một biá tièn: *cinco mil caixas*: quinquies mille monetæ æreæ. seu potius quinquies sexcentæ, ideſt ter mille. lòi tièn: *fio em que se enfião as caixas*: filum cui inseruntur monetæ æreæ, quia scilicet omnes in medio sunt perforatæ. xó tièn bẽào: *enfialas*: inserere filo aut alteri ligulæ monetas æreas, quia sunt perforatæ. tièn gián: *caixas piquenas*: monetæ, æreæ minutiores seu minores. tièn qúi: *caixas grandes*: monetæ æreæ maiores. quẽ, idem. sex è maioribus æquiualent decem è minoribus. làm tièn: *arrecadar a renda de caixas*: tributum monetarum ærearum exigere. làm qúi, idem. tièn géy: *custas das diligencias da Iustiça*: impensæ pro ministris iustitiæ. tiến chĩ, idem. tièn bộp: *caixas ruins de chumbo*: monetæ adulterinæ plumbeæ. geô tièn: *botalas iugando com ellas*: iacere monetas ludendo. bể tièn: *quebrar hũa caixa*

*caixa em duas partes em final de repudio*; frangere monetam æream in signum repudij. nam vir plebeius repudians vxorem confringere debet vnam monetam æreã medietatem dat vxori bacillos etiam quibus vtuntur ad comedendum pariter cõfringit vir & tradit vxori, & tunc vxor iuxtà deprauatam consuetudinem, vel potius corruptelã, liberè potest aliũ virum ducere. bể đửa bé đòũ tiền, idem.

tiền, nhản tiền: *ver diante dos olhos*: intueri proprijs oculis. đã thấy, idem.

tién: *cercear a roda*: amputare circumquaque. tién miá: *aparar a cana doce*: putamen cannæ sacchareæ resecare. tiến cau: *aparar a areca*: putamen fructus indici, quem lusitani arecam vocant, resecare.

tién Chúa: *dar algũa cousa ao Rey*: Regi aliquid dare. đưng, idem. quamuis sit etiam in vsu pro idolis, vt & cũ.

tiẹn, hạ tiẹn: *auarento*: auarus, a, vm.



tiẹn, đại tiẹn: *necessidade corporal grande*: stercora egerere, modestè loquendo đi soũ, đi đàng, idem yả, immodestè. tiểu tiẹn: *ourinar*: vrinam expellere, modestè loquendo. đái, idem sed immodestè.

tiẹn: *tornear*: torno, as. thợ tiẹn: *torneiro*: tornator, is. con tiẹn: *grades balaustres*; crates tornatiles.

tiếng: *vos: fama*: vox, vocis. fama, æ. cả tiếng: *alta vòs*; elata vox. nhỏ tiếng: *vòs baixa* submissa vox. khan tiếng: *enrouquecer*: raucesco, is. êm tiếng: *vos suaue*: suauis vox. có tiếng: *correa fama*; fama increbuit. máng tiếng, tiếng đồn, idem. xấu tiếng: *roim fama*; malum nomen.

tiếng: *falla*: lingua, æ. chẳng biết tiếng nói: *não sabe a lingua*: linguam non nouit. tiếng tlaõ núi vaõ ra: *fas ecco*: eccho redditur ex monte.

tiếp: *a taboa da quilha*: carinæ tabula,

tiét: *sangue*: sanguis. inis. đau tả tiét: *camaras de sangue*:

*gue*: dyſenteria ſanguinea. kiét, idem. thủ tiét, vide thủ.

tiệt. melius tuyệt, vide infra.

tiêu, hồ tiêu: *pimenta*: piper, is.

tiêu: *gaſtarſe*: expendo, is. của ăn đã tiêu: *o que hauia pera comer ià ſe gaſtou*: expenſum iam eſt comeſtibile.

tiêu, chuối thinh tiêu: *figos da india que parecẽ verdes e são ià maduros*: ficus indicæ quædam quæ videntur virides, ſeu immaturæ, iam tamen ad maturitatem peruenerunt.

tiều, củi: *lenha pera o fogo*: ligna ad ignem. tiều phu: *o que vende lenha*: lignorum ad comburendum venditor.

tiểu, mọn: *piqueno*: paruus, a vm. tiểu hàu: *pagem*: pediſequus, i. tiểu nhin: *homem baixo*: infimæ ſortis homo. cái tiểu: *caixão piqueno em que ſe tresladão os oſſos dos defuntos depois de tres annos*: ſarcophagus exiguus in quem poſt trienniũm oſſa



defuncti transferuntur. tiểu tiện, vide tiện.

tim, cái tim: *iunco de que ſe faz torcida*: iuncus ex quo fit ellychnium. tim đèn: *torcida de candea*: ellychnium, ij.

tim, bláitim: *coração*: cor, dis.

tim la: *boubas*: morbus, gallicus, vel neapolitanus. tiem la idem.

tim: *laca pera pintar*: purpureus color ad pingendum aptus.

tìm: *buſcar*: quæro, is. kiếm, idem. tìm chẳng thấy: *buſquei e não achei*: quæſiui & non inueni. tìm chẳng đươc, idem.

tím máu lại: *acudir o ſangue a parte agrauada que fica verde negro*: concurſus ſanguinis ad partem corporis læſam, ita vt eius color fiat cæruleus ſubobſcurus.

tím mùi tím: *azul eſcuro*: cæruleus color ſubobſcurus.

tin: *crer*: credo, is. làõ tin, idem. tôi tin kính Deos cha *creo em Deos Padre*: Credo in Deum Patrem. tin: *fè*:

*fè*: fides, ei.

tin ai: *fiarſe de alguem*: fidere alicui.

tin, bảu tin: *dar nouas*: noua referre. thăm tin: *eſpiar*: exploro, as. măng tin: *corre fama*: fama eſt. măng tiếng, idem.

tín, tin: *crer*: credo, is.

tinh, ngôi ſao: *eſtrella*: ſtella, æ.

tinh, bưng tinh: *muito cedo*; valdè mane, diluculo primo.

tinh ảnh ra: *lançar rayos como ſol*; emittere radios ad inſtar ſolis.

tinh tle: *eſtopa de bambù*; ſtupa cannarum indicarum.

tinh, yêu tinh: *diabo em figura de molher*: diabolus ſub figura mulieris.

tinh, lậu tinh: *chaga na parte ſecreta, cameras, puxos de ſangue*; vulnus in pudendis. dyſenteria, æ, tenaſmus ſanguineus. kiét, idem.

tinh mũy: *oſſo do narìs*: os narium. sóũ mũy, idem.

tinh: *ſemente de homẽ*; ſemen virile. khí mệnh, idem.

tình, nghĩa: *ſentido*: ſenſus, vs. ſự tình cực rọũ: *ter hũa couſa ou propoſição o ſentido oculto*: abſtruſi ſenſus propoſitio. sâu nhiệm, idem.

tình cờ: *a caſo*; fortuitò. chẳng có răp làõ, idem.

tính: *ſubſtancia, natureza, inclinação*: ſubſtantia, natura, propenſio animi.

tính lí: *natureza rational, filoſofia*: natura rationalis, philoſophia, æ.

tính lại: *fazer contas*; calculationes peragere.

tính, thiép tính: *feiticeiros que prometem fazer ver os mortos que quizerem dormindo*: venefici ſpondentes aſpectum mortuorũ in ſomnis ad libitum.

tĩnh: *eſtar em ſeu cizo*: mẽtis compotem eſſe. bàng tĩnh: *não ſe alterar*: ſemper idem. tĩnh lại: *tornar em ſy*: redire ad mentem, vt poſt inſaniam, vel poſt ebrietatem. ra khôn, idem.

tịnh, ſạch: *limpo*: mundus, a, vm. thinh tịnh: *puro caſto*: purus, caſtus, a, vm.

tinh phạn vương, vide thích.

tiủ, tục tiủ: *palauras deſho-*

*honeſtas, ou deſcortezes em qualquer genero*: obſcæna verba, vel inurbana quouis modo. nói sóũ chín, idem.

tla: *por, aplicar*: pono, is. applico, as. tla thuóc dâu: *aplicar a mezinha a ferida*; apponere medelam vulneri. tla hôm bẽào: *meter no caixão*: mittere in arcam. tla canh: *temperar o caldo*: condire iuſculum. tla danh: *dar fundo*; demittere anchoram. tla khóp nguạ bẽào: *por o freyo ao cauallo*: apponere frænum equo. tla con: *mouito*; aborſus, vs. sây con, idem. alij, tra, mutando, l, in, r, ſic eriam in ſequentibus communiter.

tlà: *igoal*: æqualis, æ. cũng tlà ai, bàng nhau tày, idem.

tlả *panella que sò ſerue para cozer peize* olla ad ſolos piſces concoquendos inſeruiens.

tlác: *bulir couſa mal encaixada*: moueri rem ineptè inſertam alteri thuyèn tlúc tlác: *bulir a embarcação*: moueri nauigium vndis concutientibus. melius, lúc lác.

tlai: *madre perola*. margaritæ concha. ảnh tlai: *varonica de madre perola*: icuncula ex margaritæ concha. hột tlai: *perola*: margarita, æ. chuỗi hột tlai: *coroa de rezar de madre perola*; roſarium, vel globuli precarij ex margaritæ concha.



tlai, contlai: *mancebo*: adoleſcens, ntis. melius con blai.

tlái: *aueſſo*: inuerſus, a, vm. tlái áo: *o aueſſo da cabaya*: inuerſa pars veſtis. tay tlái: *mão eſquerda*: ſiniſtra manus. tlái mlẽ: *contra rezão*: repugnans rationi. nói tlái: *fallar errado*: mendosè loqui. tlái mặt thuóc: *mezinha errada*: incongrua medicina. lúa tlái: *arròs da ſegunda nouidade*: poſterioris meſſis oriza.

tlải, tle tlải: *bambù piqueno de folha grande*; canna indica minutior ampla habens folia.

tlải, nhà tlóũ tlải: *caza aberta a roda*: patens circumquaque domus.

tlây, vide tlêy.

tlăm, một tlăm: *cento*: centum. tlăm ſự, *muitas couſas*;

multa. tlăm tiéng, nói tlăm tiéng: *fallar muitas linguas*: varijs linguis loqui.

tlàm: *arrecadas*: inaures, rium. đeo tlàm: *trazer arrecadas*: inaures geſtare.

tlám: *pes, breu*: pix, picis.

tlám, blái tlám: *certa fruita como azeitonas*: fructus quidam in modum oliuæ.

tlám, cái tlám: *alambique de eſtilar*: ſtillarium, ij.

tlám con: *trazer o filho nos braços*: geſtare vlnis filium. bế, ảm, bòũ, mang, idem.

tlan, cái tlan thọ bụt: *charola em que ſe tem e venera o pagode*: ferculum ſuperſtitioſum in quo quis habet & veneratur idolum.

tlan, con tlan: *certa laya de cobra*: ſerpentis quædam ſpecies.

tlân: *ſem cabaya sò com encacho ou calcoẽs, ou outra couſa com que ſe cobre da cinta pera baixo*; nudus in parte ſuperiori corporis, licet coopertus à medio corporis & infra.

tlân, thuyèn tlân: *barca ſem cajão, deſconcertada*: na-



uigium ſine vmbraculo, & abſque alijs ad nauigandum neceſſarijs. sặch tlân: *liuro ſem capa*; liber ſine operimento. & ſic de alijs rebus imperfectis &c.

tlán: *teſta*: frons, ntis. sói tlán: *caluo*: caluus, a, vm. sóc tlán, idem.

tlang gỗ: *tronco de pao pera prender alguem fechandolhe os pès dentro*: compedes lignei in quibus pedes inſerti clauduntur, ita vt locomoueri quis non poſſit. cồm, blang, idem. đáõ tlang: *prender neſſe tronco*: compede ligneo comprehendi.

tlàng, tlán tlàng: *desbarbado*: imberbis, e. iniurioſa verba.

tlàng, tlế tlàng: *vagaroſo*: lentus, a, vm.

tlàng áo: *cabeção da cabaya*: ſuperior veſtis pars quę collum operit.

tlàng hŏa: *coleira de flores*: torques florum.

tlàng hột: *roſairo de contas*: globuli precarij. chuỗi hột, idem.

tlàng, bế tlàng: *de comprimento*: longitudo, dinis.

bế

bê dẽọc, idem. vide bê.

tlàng hăọc: *eſcola, vniuerſidade*: ſchola, æ. vniuerſitas, atis. alij tràng.

tláng: *cor branca*: color albus. tláng tŏát: *branco perfeito*: album perfectum. tláng như cò: *branco como garça*: album vt ardea, quia ſcilicet niuem nunquam ibi viderunt.

tlấng, vide tlứng.

tlánh: *deſuiarſe*: declino, as. tlánh cho khói: *afaſtaiuos*: recede. xê ra, idem.

tlao: *entregar*: trado, is. đã tlao cho người: *já lhe entreguei*: tradidi iam illi. phú, idem.

tlạo, tlọn tlạo con mắt: *por os olhos em aluo*: oculos ita attollere vt albugo appareat.

tlạo, của tlọn tlạo: *fato confuſo como ſe no meſmo vaſo eſteuer carne peixe fruta tudo miſturado*: confuſio rerum vt ſi in eodem vaſe contineantur carnes, piſces, fructus, omnia permixta.

tlaõ: *claro de liquor*: clarus, a, vm. minimè turbidus liquor. nước tlaõ: *agoa clara*: clara & minimè turbida aqua.



tlaõ: *dentro*: intus, intra. trũ, idem.

tlaõ nam: *o anno paſſado*: præteritus annus, elapſus. nam ngŏái, idem. ra nam: *o anno que vẽ*: futurus annus. ſang nam, idem.

tlaõ, đàng tlaõ: *as Prouincias do ſul dèſda corte de Tonquim atè Ranran*: Prouinciæ Meridionales reſpectu ſeptentrionalium inciendo à Regia Tunchinenſi vſque ad confinia Regni Ciampa, imò & ipſum Regnum Ciampa & Cambogiæ eodem modo vocantur. & è contra Prouinciæ ſeptẽtrionales reſpectu meridionaliũ vocantur. đàng ngŏài. đĕào tlaõ: *entrar dentro*: interius ingredi. ideſt à Prouincijs ſeptentrionalibus ad meridionales profieiſci. & è contra, ra ngŏài, eſt à Prouincijs meridionalibus ad ſeptentrionales exire.

tlàõ tlứng: *clara de ouo*: albumen oui.

tláõ: *berço de meninos*: cunæ, arum. đan tláõ: *fazer*

*o berço* : incunabula confi-
cere.

tláõcô : *coleira natural no peſcoço de aue, ou outro animal* : millus à natura datus in collo auis, aut alterius animalis. alij tráõ.

tlắp blâu : *boceta ouada donde ſe tem o betel e areca pera comer*: pyxis oualis in qua apponitur folium quod, betel, vocant ſimul cum fructu indico, areca, dicto à luſitanis, ad comedendum.

tlát nhà : *rebocar a caza cõ terra ou cal*: incruſtare patietes domus, vel terra, vel calce. bay tlát : *a colher com que ſe reboca*: inſtrumentum aut tudicula, vel cochlea re quo incruſtantur parietes, alij trát.

tlâu, con tlâu: *bufaro* : bubalus, i. ráõ tlâu : *curar bufaras*: bubalos curare. fẹo tlâu: *furarlhe as ventas* : bubalis nares perforare, ad eos ſcilicet facilius regendos, inſerto in naribus funiculo. vide sõu.

tlâu, cứt tlâu : *caſpa da moleira dos meninos*: furfures ex puerorum capite.



tlâu, cá lưỡi tlâu: *lingoado*; ſolea, æ.

tlâu: *caſca de nelle* : tunicula orizæ. alij trâu.

tlaũ, vide tlaõ & ſimilia.

tlâũ, vide tlôũ & ſimilia.

tle: *bambù*; canna indica. tle hŏá, tle gai, tle la nga, tle gày : *varias caſtas de bambùs*: cannarum indicarum ſpecies variæ. mặt tle: *olho que arrebenta no nò* : ſurculus qui ex nodo cannæ indicæ pullulat. mang tle: *o olho que arrebenta no pè*: ſurculus cannæ indicæ qui in ipſius pede oritur. blóũ tle : *o canudo que vay entre nõ e nò* : internodium cannæ indicæ. rŏc mầy tle: *aparar os nòs do bãbù*: cannæ indicæ nodos abſcindere.

tlẽ, thuyền tlẽ : *certa embarcação* : nauigij quædam ſpecies.

tlẻ: *de pouca idade* ; ætatis modicæ. còn tlẻ: *ainda mancebo*: iunior adhuc. tlẻ dại : *paruo, tolo*: fatuus, i. tlẻ mó, tlẻ mọn, idem. tlẻ tlũ *fazer couſas de moço deſcabeçado* : pueri inſipientis more ſe gerere.

tlẽ đàng: *atalho*: compendium itineris.

tlẽ nãi: *preguiceirão*: desidiosus, a, vm. tlẽ tlàng, làm biéng, idem.

tlẽ, áo tlẽ: *cair a cabaya dos ombros*: decidere vestem ab humeris.

tlêy: *partirse*: discedo, is. tlêy đã khói: *partio e ià passou*. abijt & iam præterijt. sang tlêy: *ir pera outra terra*: migrare in aliam regionem.

tlêy lêy blái: *abaixar o ramo, e colhera fruta*; demittere ramum ad carpendos fructus.

tlên: *arriba*: supra. kẻ bê tlên: *os superiores*: superior, is. tlên hêt moi sự: *sobre todas as cousas*: super omnia. ở tlên gác: *está no sobrado*: cõtignationem incolit. quoties significatur locus superior semper additur tlên, vt. ở tlên núi: *está no monte*: est in monte. ở tlên blờ i: *está no ceo*: est in cælo.

tlển tlàng: *desbarbado*: imberbis, e. tiém, idem.

tleo: *dependurar*: appendo, is. tleo lên, idem.



tlèo: *trepar*: repo, is, arrepo, is. tlèo lên, idem.

tléo: *cadeira sem braços*: sedes sine brachiorum fulcimento.

tlét, vide tlát.

tlêu người: *zombar d'alguem, fazerlhe algũa vexação*: deludere aliquem, vexare aliquantulum. tlêu tôi: *auexame*: vexat me affligit me. tlêu đần bà: *entender com molheres pera mal*: illudere mulieres in malum. đi tlêu đứa ấy: *entendei com aquelle, desafiayo*: prouoca illum ad duellum. alij, tliu.

tlích, cá tlích: *sardinha*: sardina, æ. cá blích, idem. cá mòi: *mayor sardinha*: sardina maior.

tliu, vide tlêu.

tlíu tlo, vide liú lo.

tlo, lo, vide etiam líu lo.

tlò, hặọc tlò: *estudante*: scolasticus, i. làm tlò: *fazer comedia, representação*: comœdiam aut aliud representationis genus peragere. giõũ tlò, truyện, idem.

tlố *mostrar com o dedo*: demonstrare digito. alij blố. chỉ, idem.

tlŏc

tlŏc đâu: *caluo de toda a cabeça ou cortado todo o cabello:* capillis carens in toto capite. trŏc, idem.

tlôi đi: *andar a notho polla agoa a baixo*: ferri aquæ impetu & impulsu. bánh tlôi nuó-c: *bolinhos redondos crũcos que botão na agoa*: bellaria rotunda alba & aquæ immersa.

tlôi, blái tlôi: *mangas fruita da India*: fructus quidam Indicus quem lusitani, mangam, vocant, persico malo similis, sed viridis extra., quamuis intus sit maturus.

tlói: *amarrar os braços a alguem:* ligare brachia alicui. tlói lợn, tlói gà: *amarrar porcos, galinhas*: alligare porcos, gallinas &c. tlói ma quĩ: *amarrar o diabo no corpo do endemoninhado*: colligare diabolum in ipso energumeni corpore.

tlồm: *principal em algũ lugar*: præcipuus in aliquo loco. tlồm làng: *cabeça da aldea*; caput, seu præcipuus in pago. alij tlùm. cai, idem.

tlóm con mắt: *olhos encouados*: profundi oculi. melius sŏm.



tlộm: *as escondidas*; occultè. hỏi tlộm: *preguntar em segredo*: secretò interrogare. lạy tlộm: *fazer reuerencia priuadamente*: priuatim reuereri. tlộm: *as escondidas de alguem*: inscio aliquo. ăn tlộm: *furtar as escondidas*: furtum, i. ăn cướp: *tomar por força*: rapina, æ. ăn cắp: *furtar cõ manha*: fraudulenter accipere.

tlôn: *trazeiro*: posterior hominis pars. bàn tlôn: *nadegas*: nates, tiũ. khu, idem. tlôn kim: *o fundo da agulha*: pars acus vbi est eius foramen. tlôn vô: *a parte inferior do boyão em que se assenta*: pars infima diotæ cui ipsa innititur. tlôn ŏúc: *parafuso femea*: inferior pars cui inferitur trochlea.

tlòn: *cousa redonda*: rotundus, a, vm. tlòn: *inteiro, perfeito*: integer, gra, grum. một năm tlòn: *hum anno inteiro*: integer annus.

tlốn: *fugir*: fugio, is. lánh, khỏi, xiêu, idem.

tlộn tlạo, vide tlạo.

tlọn,

tlọn, vide blọn.

tlọn: *liſo, eſcorregadio*: læuis, e. lubricus, a, vm. alij trọn. cũ tlọn: *periodo redondo*: rotunda periodus. thoũ, idem.

tlọn con măt lên: *regalar os olhos, polos em aluo*. attolere oculos, vel ita aperire vt albugo appareat. tlọn tlạo con măt lên: *com medo por os olhos em aluo*: aperire oculos præ timore ita vt albugo appareat.

tlóp bánh, cá: *requentar apas, peixe*: recalfacere placentas, piſcem &c. alij tróp, at de oriza dicitur, rang cọm.

tlót, vide blót.

tlọt: *eſcorregar*: dilabor, eris. tlọt chin: *eſcorregar os pès*: falli pedem in lubrico. trọt, idem.

tloũ: *eſperar*: expecto, as. confido, is. tloũ thày đ'ên: *eſpero ao meſtre que venha*: expecto magiſtrum aduenturum. tloũ cậy nguờ-i: *confiar em alguem*; ſperare in aliquem. troũ, idem.

tlóũ: *tambor*: tympanum, i. đánh tlóũ: *tocar o tambor*: tympanum pulſare. giáõ tlóũ, idem. tlóũ cái: *tambor redondo*; tympanum rotundum.



tlóũ: *vigia*: vigilia, æ. noctem autem diuidunt in quinque vigilias. tlóũ một: *a primeira vigia*: vigilia prima. tlóũ hai: *a ſegunda*: vigilia ſecunda, & ſic de alijs.

tlóũ, noi tlóũ: *lugar deuaço*; peruius patenſque omnibus locus. nhà tlóũ tlải: *caza aberta ao vento, ladroẽs &c*: peruia vento patenſque latronibus domus. tróũ trải, idem. thuyền tlóũ gió: *embarcação aberta ao vento ſem ter aonde ſe abrigar*: patens omnibus ventis cymba, ſine loco aprico aut protecto.

tlưa: *pollo meyo dia*: hora circa meridiem. tlưa sẽ đ'ên: *chegarei pollo meyo dia*: meridiei hora circiter aduenjam. đã tlưa: *già he tarde*: tarda iam hora eſt, loquendo ſcilicet à matutino tempore vſque ad meridiem, nam à meridie ad veſperam dicitur, đãtối: *ià he tarde*: hora iam tarda eſt. à veſpere vero vſque ad mediam no-

noctem circiter, đã khuya: *ià he tarde*: hora iam tarda est, denique à media circiter nocte vsque ad auroram, đã sáng: *ià he tarde, ià he de dia*: hora iam tarda est, aurora iam emicat.

tluâng, vide tluông.

tlúc tlác: *ranger ou bulir algũa couſa*: ſtridere aliquid, aut húc illúcque moueri. melius lúc lác.

tlũng, vide trũng.

tlứng: *ouo*: ouum, i. tlứng gà: *ouo de galinha*: ouum gallinæ. & ſic de alijs auibus. tlứng rắn: *ouo de cobra*: ouum ſerpentis. tlứng cá: *ouas de peixes*: oua piſcium. tlứng chẽy: *lendeas*: lens, lendis. tlứng ũ: *ouo goro*: ouum vrinum. chim ấp tlứng: *chocar à aue*: ouis incubare auem. đẻ tlứng: *por o ouo, deſouar*: oua parere. vỏ tlứng: *caſca de ouo*: oui teſta. làõ tláng tlứng: *clara*: oui albumen. làõ đỏ tlứng: *gema*: oui luteum, vitellus, i. báng tlứng: *a pellicula dentro*: oui pellicula interior. bác tlứng: *fritada de ouos*: oua frixa. alij trứng.

tlước: *diante, dantes, primeiro*: coram, antè, prius, tlước mặt ai: *diante dalguẽ*: coram aliquo. đi tlước: *ir diante*: prius ire, præcedere. như tlước ſau thì cùng bẽy: *como dantes aſſym depois*: ante vt factum eſt ita etiam poſt. tlước hẽt: *primeiro que tudo*: prius & ante omnia. chẳng dễám nói tlước: *não me atreuo de fallar primeiro*: prius non audeo loqui.

tluồng: *em couros ſem algũ veſtido*: nudus omninò ſine vlla veſte. hỏ hang, tluồng tlũ, idem.

tlút linh hồn ra: *ſair a alma do corpo*: egredi a imam è corpore, mori. tlút của: *paſſar fato de hũ lugar pera outro*: transferre res ab vno loco in alium. tlút lẽy: *leuar o ſobejo do comer nas feſtas*: accipere reliquias eduliorũ è conuiuio.

tlút bạc: *fundir prata*: eliquare argentum. nấu, idem.

tlũ, tlẻ tlũ, vide tlẻ. tluồng tlũ, vide tluồng.

tộ: *ajudar, emparar*: iuuo,

as. protego, is. phù hộ, giúp súc, idem.

to: *grosso ou grosseiro como pano, linhas &c*: crassus, a, vm, vt pannus, fila & similia impolita.

tô lộ: *publicamente*: publicè.

tô: *tormenta*: tempestas, atis. bão táp, idem. vô tô: *quieto, manso*: quietus, a, vm. mitis, e.

tổ: *claramente*: clarè, dilucidè. tổ tàng, tổ tường, idem. đã tổ: *tà entendo, ià està claro*: intelligo, is. iã clarum est. tổ ra cũ ai: *publicar algum segredo*: reuelare secretum.

tổ chim: *ninho de aues*: nidus auium. de gallina dicitur, ổ, sicuti de quadrupedibus.

tổ tũ: *auòs*: progenitores, vm. tổ tien, tổ nê, idem.

to: *amar*: amo, as. to thương, yeu, idem.

to: *brotar das heruas*: germino, as. to mạ: *arrebentar o nelle*: germinare orizam. to rau, to cỏ: *arrebentar a hortaliça, e outras heruas*: germinare olera atque alias



herbas. măọc, idem.

to *seda*: bombyx, ycis. kén to: *folhelho de seda*: bombycius folliculus. tàm to: *o bicho da seda*: bõbyx, ycis. kéo to ra: *debala*: glomero, as.

tò gẽy: *folha de papel*: folium papyri. làm tò: *fazer petição*: postulationem conscribere. tò đua, tò Chúa: *chapa del Rey*: rescriptum regium. lệnh, idem.

tò con: *o pay desconhecer o filho e delobrigarse delle como se não fora seu filho*: dimitti filium à patre, nec haberi amplius pro filio. tù đi, idẽ.

tó, đẽy tó: *discipulo, criado*: discipulus, i. famulus, i. đẽy tó cả: *os Apostolos*: Apostoli, orum. toũ đồ, idem.

tó: *eu*: ego. loquendo cum iracundia, illumque cui irascor nominando per vocem contemptus, nguoi, vt. tó làm chi nguoi: *que tenho de ver contigo*: ego quid curo te.

tỏá mù ra: *fazerse neuoeiro, subir o fumo &c* nebulosum aërem fieri, fumum ascendere, & similia vt expuluere caliginem oriri.

tŏà: *trono, tribunal:* thronus, i. tribunal, is. tŏà Chúa ngo-i: *trono donde el Rey fas audiencia em publico*: thronus in quo Rex ſedet cum publico auditorio aſſiſtit.

tŏạ, lá tŏạ: *coxim de ſella*: puluinar ephippij. tô, idem.

tŏại, ḋua tŏại hŏàng thị: *nome de certo Rey da China que dizem achou o fogo*: nomen cuiuſdam regis Sinenſis quem dicunt adinueniſſe ignem, quia ſcilicet illos docuit ex duorum lignorum attritu ignem elicere, atque ideò illum ad hæc vſque tempora adorant.

tŏan: *deliberar*: delibero, as. tŏạn cŭ nhau: *conſultar entre ſi* cõſulere ſe inuicem. tŏạn tước viec: *conſultar o negocio*: conſilium de negotio peragere. đã tŏan: *eſtà pera morrer*: proximus morti eſt. đã maõ, idem.

tŏán: *aritmetica*: arithmetica, æ. con tŏán: *os pauſinhos com que contão*: bacilli quibus vtuntur ad numerandum. sắch tŏán: *liuro de contas*: computorum liber. tinh, idem.



tŏân: *xibandar, ou caza aonde ſe pagão os direitos das barcas, ou dos que paſsão*: publicanus, i. domus exigentis tributa à tranſeuntibus, vel è nauigijs. tŏân bộ, idem.

tŏân: *eſpaço de dès em dès dias em que ſe diuide o mes*: ſpatium decem dierum in quod diuiditur menſis. một tŏân: *des dias*: decem dies. hai tŏân: *vinte dias*: viginti dies &c.

tóc: *cabello da cabeça*: capillus, i. to-tóc: *fio de cabello*: capilli filum. đẽ tóc *criar cabello*: comam nutrire. cắt tóc: *cortar o cabello*: capillos abſcindere. quan tóc: *creſpo*: capilli criſpi. quan đầu, idem. vươn tóc: *cabello muito eſpeſſo*: cæſaries denſa valdè. tóc gáy: *cabello do toutiço*; capilli occipitis. bối tóc: *amarrar o cabello*: capillos ligare. rẻ tóc: *enfeitar o cabello*; cincinnos calamiſtrare. dủi tóc: *pegar alguem pollos cabellos*: capillis alíquẽ comprehendere. xé tóc, idem. rối tóc: *cabellos emburulhados*: capilli implicati. ríp cạp lấy dở tóc: *arrancar*

*os cabellos com tenàs*: capillos forcipe paruula auellere. chải tóc: *pentear*: pecto, is. bạc tóc: *brancas*; capilli cani. đỏ tóc: *ruyuo*: rufus capillus. xanh tóc: *preto*: capillus niger. tóc ngựa: *a coma e cola do cauallo*: iuba & cauda equi.

tọc, nói tọc mạch: *fallar fora o que sabe de caza*: enuntiare foris quæ domi quis audiuit.

tốc: *a decima parte do couado, polegada*: cubiti decima pars, extremus pollicis articulus quo vtuntur ad cubitum metiendum, in longum scilicet accipiendo.

tỏ̃ê, vide tüê.

toi: *morrer de desastre*: mori ex infortunio. chết toi, idem.

tôi; *eu, meu*: ego, meus, a, vm. loquendo demissè. tôi lạy oũ: *eu faça reuerencia a vossa merce*: ego veneror Dominationem tuam. chúng tôi, mó tôi: *nòs, nosso*: nos, noster, tra, trum. của tôi; *fato meu*: mea res. nhà chung tôi: *caza nossa*: nostra domus. & sic de alijs possessiuis quæ explicantur per pronomina primitiua.

tôi: *escrauo, criado, vassallo*: seruus, i. famulus, i. subditus, i. lam tôi, idem. tôi tá: *escrauos*: serui.

tối: *escuro*: tenebrosus, a, vm. tối blòi: *ceo toldado*: nubilum cælum. nhâm blòi, idem. tối tăm mù mịt: *noite fechada*: obscurum noctis. thâu đêm tối ngày: *todo o dia e toda a noite*: tota nocte & tota die, donec scilicet iterum obscuretur dies. ban tối: *de noite*: nocturnum tempus. đã tối: *ià he tarde*: tarda iam est hora, & sic dicitur à meridie vsque ad vesperam. vide thua. tối mắt: *cego*: cæcus, i. tối dẹ̃a: *não ter abilidade*: ingenio carere.

tói: *cadea*: catena, æ. đòi tói: *corrente, machos*: compedes. tói sắt: *cadea de ferro*: catena ferrea. lòi tói, idem. phải tói: *preso em ferros*: compede captus. tói vàng *cadea de ouro*: catena aurea. chỉ vàng, idem.

tỏi, củ tỏi: *cabeça de alho*: allij spica. ánh tỏi: *dente*

*de alho:* allij dens ſeu particula.

tội: *pecado:* peccatum, i. culpa, æ. phạm tội: *cair em pecado:* peccatum committere. tôi có tội: *he minha culpa;* culpa mea eſt. tôi là ké có tội: *ſou pecador:* peccator ſum. ăn năn tội: *arrependimento:* dolere de peccatis. xưng tội: *confeſſar os pecados:* peccata confiteri. giải tội: *abſoluer:* peccata purgare ſeu remittere. nói giải tội: *purgatorio:* peccata purgandi locus. chuộc tội: *ſatisfazer pollos pecados:* ſatisfacere pro peccatis. đánh tội: *tomar diſciplina:* peccatorũ pœnas verberibus perſoluere. tha tội tha vạ cho tôi: *perdoaime a culpa e a pena:* culpam & pœnam mihi ignoſce. tạ tội: *offerecer algũa couſa pera alcançar perdão dos pecados:* offerre aliquid ad remiſſionem delicti obtinendam. tội: *caſtigo:* vltio, nis. chịu tội *padecer pollos pecados:* pati pro peccatis. lối tội: *ſuperſtição com que paruoamento cuidão os gentios tem perdão de ſeus pecados:* ſuperſtitio per quam Ethnici ſtultè putant ſe liberari à peccatis. vide sám hối.



to-i, aó to-i: *capa de palha ou folhas grandes pera a chuua:* penula è folijs prægrandibus contexta ad arcẽdam pluuiam.

tới: *chegar:* peruenio, is. mới tới: *agora chegou:* peruenit modo. cheò tới: *remai pera chegar, não fiqueis atràs:* remiga ita vt peruenias, nec retro remaneas. gệt tới: *remar pera diante:* remigare in partem anteriorem. gệt lùi: *remar pera tràs:* retrorſum remigare.

tôm, cái tôm: *camarão:* gammarus, i. tép, tôm cang, idem. tôm: *lagoſta:* locuſta marina, aſtacus, i. tôm dảo, idem.

tóm lại: *compendiar:* compendio vti. tóm về, nói tắt, idem.

tôn, cháu: *neto:* nepos, otis. nhọc tôn, truyền cho cháu: *tradição pera os netos:* traditio nepotibus.

tốn: *gaſtar;* impendo, is. tiêu, idem, tốn của: *gaſtar lar.*

*largo, esperdiçar*: prodigere res. tốn hại, tốn thiệt, idem.

tọ̃n, dữ tọ̃n: *maos bofes, cruel, brauo*: crudelis, e. ferox, ocis. tǒục tọ̃n, idem.

tòng: *ordem de sobrados huns sobre os outros*; tabulatorum ordo quorum vnum ſit ſuper aliud. nhà bốn tòng: *casa de quatro sobrados*: contignationes quatuor habens domus. mấy tòng blòi: *quantos ceos ha*: cæli quot ſunt? tàu có ba tòng: *nao de tres cubertas*: contignationum trium nauis.

tòng: *ter costume*: ſoleo, es. đã tòng sử ấy: *ià estou acostumado a isso*: ſolitus iam ſum. chưa tòng: *ainda não tenho experiencia*. vſum non habeo. expertus nondum ſum.

tòng nào: *quamanho*: quantus, a, vm. dài tòng nào: *quão comprido*: cuius longitudinis? người ấy tòng nào: *esse homẽ a que chega*; gradus huius viri qualis eſt? cách, thế, dường, idem.

tóp: *começarse a corromper*: incipere corruptionem.



tóp mỡ: *torresmo depois de frita a manteja*: cremium, ij. quod ſcilicet ex lardo ſuper eſt poſt frixam & liquatam pinguedinem ex lardo aut petaſo.

tốt: *cousa boa*: bonus, a, vm. tốt lành: *fermoso*: pulcher, chra, chrum. tốt blai: *gentilhomem*: ſpecioſus iuuenis.

Tantus, a, vm, m.20.



Tarda iam eſt hora, f.814. m. 822.
Taxare pretium, f.363.
Tectus, a, vm, f.371.
Tegere argenti laminis, p. 897.
Tegere auri laminis, p.897.
Tegere folijs argenti tenuiſſimis, f.756.
Tegere ſe manu obiecta, p.17.
Tegitur ab arboribus, ita vt videri non poſſit, p.372.
Tegitur illo monte, p.372.
Tego, is, p.283.
Tegula, æ, p.534.
Tegulis cooperta domus, p. 534.
Tela, æ, p.141.
Tela anguſta, m.321.
Tela aranearum, m.453. m. 860.
Telæ compoſitio, p.141.
Tela linea, f.48.
Temerè, f.154.
Temerè ambulare, p.155.
Temerè cogitare, f.154.
Temerè comedere quidquid occurit neque attendere an noceat, p.155.
Temerè iurare, p.155.
Temerè loqui, m.316.
Temerè, raptim, f.144.
Temo, onis, p.127.
Temonis palmula, p.26.
Tempeſtas, tatis, f.15. f.28. m. 285. m 612. m.725. p.817.
Tempeſtas in mari, f.34.
Tempeſtatis ſignum in cælo, p. 45.

Templum idolorum, m.117.
Templũ, in quo Rex ſuos maiores colit ſuperſtitiosè, p.606.
Tempora, rum, p.465.
Tempore pueritiæ, p.776.
Tempus, poris, m.366.
Tempus metendi, p.486.
Tempus non adeo longum præterijt, m.404.
Tempus nondum aduenit, m. 694.
Tempus quodcunque die, vel nocte, f.21.
Tempus quo editur, m.199.
Tenax propoſiti, m.184.
Tendere arcum, p.124.
Tendere funem, p.746.
Tendere muſcipulam, p.124. f. 231. p.294.
Tendo, is, f.745.
Tenebræ, arum, f.717.
Tenebroſa nocte viam minimè inſpicere, m.871.
Tenebroſus, a, vm, f.3. p.468. p.484. p.606. p.822.
Tenera adhuc canna indica, f. 569.
Tenera res, quæ facilè frangitur, m.289.
Tenerè amare, f.738.
Tentando quærere, m.691.
Tentantur homines à diabolo, p.897.
Tentare pulſum, m.445.
Tentari aliquem à diabolo, vel poſſideri ab illo, f.167.
Tentatio, onis, f.82. f.167. m. 626.
Tento, as, f.167.
Tepeſco, is, tepidus, a, vm, f.540
Ter ſexaginta monetæ æreæ, f. 792.
Terebella, æ, f.370.
Terebrando tabulam findi, p. 292.
Terebrare, terrebellà perforare, p.371.
Terebro, as, terebella, æ, ſubula, æ, f.292. p.293.
Terere pedibus, f.207.
Teres, etis, p.396.
Terga vertere alicui, f.689.
Tergo, is, p.120. m.127.
Tergum, i, f.90.
Teri aliquem ab elephante in adulterij pœnam, p.208.
Termini agrorum, p.130.
Termini campi, f.476.
Termini honotis, qui ſolum ſunt in vſu cum primarijs perſonis, f.270.
Termino caret, f.146.
Terminum habere, f.146.
Terminum neſcio, m.521.
Terminus, i, p.130 p.521.
Terra, ræ, f.208. f.219. f.770.
Terra aperta eſt ab vna hora vſque ad tertiam poſt mediã noctem, p.791.
Terra arenoſa, ſterilis, f.208.
Terra benè culta, m.625.
Terræ carcer, f.219.
Terræ Dominus, f.770. p.771.
Terra pinguis, f.208.
Terra, quę relinquitur ad aquã coercendam, f.690.

Terra valde ſicca, f.314.
Terræ motus, f.237.
Terræ ſpiritus, p.771.
Terram & cælum putant eſſe duas partes in quas diuiditur primum principium, cælum vocant patrem, & terram matrem; coitum etiam maris, & fæminæ eodem nomine vocant, f.3.
Territorium, pars prouinciæ toparchia, æ, m.605.
Territorium quod prouinciam non explet, f.115.
Tertius, a, vm, p.15.
Tertius dies, p.15.
Tertius frater minor, f.717.
Tertius menſis, vel luna, p.15.
Teſqua, m.521.
Teſſera, æ, m.833.
Teſta, æ, p.494. m 677.
Teſtæ pedibus infeſtæ, p.494.
Teſta ex diota confracta, p.494 f.677.
Teſtamentum, i, f.44.
Teſtamentum condere, m.40.
Teſticuli, orum, p.338.
Teſticuli, orum, dicitur etiam de alijs animalibus, f.163.
Teſtificor, aris, m.122.
Teſtis, is, m.122.
Teſtudinis concha, m.478.
Teſtudo, inis, m.35. f.228. m. 478.
Teſtudo in aqua dulci commorans, m.658.
Teſtudo marina, f.40. m.658.
Teſtudo nigra, m.15.



Texere aliquid ex paleis, f.203.
Texere corbulas, & ſimilia, p. 197.
Texere ſtoream, p.170.
Texere telam, p.170.
Texo, is, m.86. p.170. p.197.
Theca in quà penicilli cuſtodiuntur, p.750.
Theca lignea ferreæ fiſtulæ, m. 297.
Theca penicilli, p.621.
Theſauri locus, m.777.
Thorax, cis, lorica, æ, m.281.
Thorax duplicatus, varijſque ocellis conſutis variegatus, f.442.
Thraciozephyrus, i, f.447.
Thronus, i, tribunal, lis, p. 819.
Thronus, in quo Rex ſedet cum publico auditorio aſſiſtit, p. 819.
Thronus portatilis, in quo Tũchinenſis Rex qui dicitur Bua ſemel in anno publicè portatur, p.518.
Tibia, æ, m.139. p.696.
Tibialia, p.467.
Tibialia, lium, ocreæ, arum, m.727.
Tibicen, inis, p.127.
Tibi mortem cupio, f.109.
Tigna à columna ad columnã in latitudinem domus diſpoſita, f.879.
Tigna à columna ad columnam in longitudinem domus diſpoſita, m.879.

Tigna in tranſuerſum domus poſita, p.834.
Tigna ordinare ad tabulatum faciendum, m.833.
Tignum, cui innititur contignatio, p.635.
Tignum, quod in domibus à columna ad columnam tenditur, m.879.
Tigris, is, m.336.
Tigris ſpecies, m.359.
Tigris vlulat, p.258.
Timeo? es, m.154. f.382.
Timeo, es, periculum, i, p.249.
Timere deſcenſum, p.249.
Timere ne damnum patiatur in rebus ſuis, p.308.
Timere ne moleſtiam inferat, m.511.
Timor cadendi &c. p.535.
Timor reuerentialis, f.154. m. 383.
Tinea rodens lignum, f.477.
Tingo, is, m.185.
Tinnire aures, p.401.
Tintinnabulum maiuſculum pro vigilijs, p.389.
Tintinnabulũ paruum pro vigilijs indicandis, p.389.
Titillatio, onis, m.355. f.555.
Titio non exuſtus, p.430.
Titubatio ebrij, p.112. p.751.
Titubatio famem patientis, p. 751.
Titubo, as, m.70.
Titulus, i, p.19.
Titulus dignitatis mediocris, f.212.



Titulus dignitatis, vel ordo, f. 233.
Titulus dignitatum, m.135.
Titulus honoris, qui præcipuis quibuſdam magiſtris datur, f.735.
Titulus infimæ ſortis gubernatorum in Tunchino; at in Cocincina non dicitur niſi de affinibus regis, vel de ſupremis quibuſdam gubernatoribus, m.124.
Titulus in vexillo, m.830.
Titulus libri, p.19.
Titulus librorum confuſij, m. 841.
Titulus magnæ dignitatis, f. 628.
Titulus quidam literatorum, p.193.
Titulus, qui datur diabolo, p. 332.
Titulus, qui in Tunchino filijs Regis, ac ſupremis ducibus dari ſolet; at in Cocincina ſoli Regi datur, p.241.
Titulus, quo compellantur filij militiæ ducum, f.833.
Titulus quo Rex ex ſcripto conuenitur, f.21.
Titulus, ſeu honor qui exhibetur primarijs perſonis, m. 739.
Titulus ſummi honoris, m.240.
Toga, æ, m.349.
Tolero, as, p.173.
Tollere in manu, vel in brachio leue aliquid &c. p.669.

Tolli vnguibus à Miluo, p.624.
Tomus libri, f.143. p.628.
Tomus librorum, m.141.
Tomus vnus, m.141.
Tomus vnus, duo &c. f.143. p.628.
Tonitrus, vs, p.673.
Tonitrus cum fulmine, p.673.
Tonitruum, vi, m.563.
Toparchia, æ, m.605.
Toparchiæ prætor, f.605.
Tormentis,& cruciatibus confessionē extorquere, m.432.
Tormentorum perpetua successio, f.829.
Tormentum bellicum, f.36. f.706.
Tormentum bellicum æneum, p.707.
Tormētum bellicum ferreum, p.707.
Tormentum bellicum in cuius vētre aperto aliquod minus ponitur, m.319.
Tormentum bellicum paruulum, m.663.
Tornator, is, p.796.
Torno, as, p.796. p.845.
Torporem in pedibus, ac manibus, & in toto corpore pati, m.506.
Torques florum, f.804.
Torquis florum, f.123.
Torrere in prunis, f.46.
Torrere orizam iam coctam, cum iam frigida est, f.637.
Tortuosus, a, vm, m.407.
Torturam adhibere, f.602.



Tota die,& tota nocte, m.752. m.822.
Tota domus, f.77. f.853.
Totam in vitam, m.431.
Tota res finem accepit, m.431.
Toto mense, m.431.
Totum comede, f.571.
Totus, a, tum, m.45. f.363. m.431.
Totus mundus, p.364. f.853.
Trabs, quæ à summitate domus ad columnas hinc inde descendit, f.356.
Traciozephyrus, i, m.285.
Tractu eodem temporis, m.832.
Tradere filium diabolo, maledicta in illum conijciendo, m.571.
Tradere se, f.604.
Tradidi iam illi, m.805.
Tradidi manibus illius, f.604.
Tradidisti cui? f.604.
Tradidit nobis Dominus IESVS confessionis Sacramētum, m.836.
Traditio, onis, p.567. m.673.
Traditio, onis. mandatum, i, p.836.
Traditio ad posteros, f.119.
Traditio nepotibus, f.824.
Traditione producere, m.177.
Traditio per filios ad nepotes, p.836.
Trado, is, m.604. m.805.
Trahe, p.219.
Trahere ad distendendum, p.278.

Trahere ad extra, p.278.
Trahere ad intendendum, p. 357.
Trahere aliquem capillis, p.37.
Trahere aliquem vi, collum eius tenendo, m.538.
Trahere deorsum, f.175.p.266.
Trahere fila, p.357.
Trahere in anteriorem partem remigando, p.266.
Trahere sursum, f.175. p.266.
Trahere vi, p.421.
Trahere, vt tensus fiat funis, p. 746.
Traho, is, f.175. p.266. f.356.
Tranquillitas totius populi, p. 5.
Tranquillus, a, vm, p.350. f. 585.
Transcribere purè à mendis, m.420.
Transeo, is, p.615.
Transferre ossa, m.90.
Transferre res ab vno loco in alium, m.816.
Transfigere carnem ad diuendendum, f.839.
Transformo, as, f.35.
Transfreto, as, f.35. m.876.
Transire flumen, f.277.
Transilire montes, f.217.
Transitus fluminis, p.615.
Transitus fluminis cymba, f. 223.
Transitus super quem est via, vt pons & similia, f.135.
Transmigratio, onis, f.423.
Transmigratio animarum, f. 333. f.419 p.430.
Trasmigratio fabulosa Thicæ, m.510.
Transnatare. trasuadare, m. 422.
Transplantare orizam ad crescendum, f.80.
Transplantare orizam dum est in herba, m.428.
Transuadere, m.422.
Transplantare vt arbores, m. 790.
Tremere baculum, quo quid humeris defertur præ grauitete oneris, p.242.
Tremere baculum, quo quis ante & retro diuisum onus defert, præ oneris grauitate, m.183.
Tremere corpus, f.448.
Tremere ex frigore, p.89
Tremere oculos, f.448.
Tremere præ frigore, m.660.
Tremere præ metu, m.660.
Tremo, is, m.660.
Tremula pars aliqua corporis, f.448.
Tres, trium, p.717.
Tres Animæ, & Spiritus septẽ insunt viris, mulieribus vero tres animæ, sed nouem spiritus, error, f.867.
Tres dæmones, quos Ethnici superstitiosè colunt, m.606.
Tres lapides super quos olla innititur ad modum tripodis, m.643.
Tres personæ, p.15.

Tres personæ vnus Deus, f. 532.
Tres Reges superstitiosi, m. 717.
Tres sectę à finis petitæ, p.281.
Tres sectæ, quas è finis habuerunt, p.717.
Tres vel tria, p. 15.
Tribuli, m.255.
Tribunal, is, p.819.
Tribunal maius in vnaquaque prouincia, m.542.
Tribunal primum literatorum, m.789.
Tribunal quod fit in Palatio Regis &c. m.542.
Tribunal secundum literatorum in qualibet prouincià Tunchini, p.323.
Tribunal secundum minus, quod tamen toti Prouinciæ datius, f.542.
Tribunal secundum pro toto regno ius ferens, m.542.
Tribunal supremum cui Rex præest, f.605.
Tribunal vnius toparchiæ, ex illis in quas diuiditur prouincia, p.543.
Tributa colligere, f.782.
Tributa soli soluens Regi pagus, & non alteri, f.865.
Tributa soluere, f.782.
Tributum, i, f.782.
Tributum monetarum æreatū exigere, f.794.
Triginta, aut ter decem, p. 492.



Triginta telæ, p.298.
Triginta vnum &c. p.482.
Triremis, is, m.406. p.784.
Triremis ampla, quæ mari cõmittitur, f.307.
Triremis belli, m.205.
Triremis paruula, m.226.
Tristis, e, p.23. p.57. p.58. p. 398. f.416. p.601. p.644. p. 683.
Tristis tanquam ex luctu, p.57.
Tristitia, æ, p.58.
Trrturare orizam, p. 208. f. 428.
Troclea, æ, f.420.
Trunco impeditur, m.296.
Truncus arboris, p.130 p.296.
Truncus cannæ indicæ, m.296.
Truncus & radix dicitur etiam de principio & origine alicuius rei, p.130.
Trutina, æ, m.83.
Tu, p.551.
Tuba, aut fistula maior, f.627.
Tuba signum dare, p.897.
Tuber, is, m.55. p.451.
Tuber cannæ indicæ, &c. p. 457.
Tuber carneum, p.759. f.788.
Tuber in capite, p.853.
Tuber insulanum, f.138. m.370. f.397.
Tudicula qua oleum, ex vase extrahitur, f.192.
Tu, loquendo cum inferioribus, vel rusticè, p.448.
Tumens venter, p.759.
Tumidè loqui præ ira, p.691.

Tumor, oris, m.55.
Tumorem perforare, p.759.
Tumultum excitare, f.648.
Tumultus, tus, p.221. m.391. m.413.
Tumultus exurdans, p.221.
Tumulus, i, p.472.
Tumulus ſepulchri, p.295.
Tunc, f.19. m.366.
Tunchinenſis regia, f.111. m. 306. p.383. p.831.
Tundere pilo aliquid donec in puluerem redigatur, p.510.
Tundo, is. tero, is, m.409.
Tunica cepe, p.585.
Tunica mulieris, quam ſcilicet ſub veſte geſtant, m.895.
Tunicula orizæ, p.808.
Turba aliquorũ qui ſimul gradiuntur per viam, p.226.
Turba hominum, m.198.



Turba otiantium, p.20.
Turbas excitando ingredi, p. 738.
Turbas excitarẽ, m.416.
Turbidus, a, vm, f.226. p.835.
Turbo, binis, m.132. f.830.
Turmæ auium, m.198.
Turpis, e, p.879. m.884.
Tu reuerteris, f.863.
Turris, is, p.750.
Turtur, ris, m.47. m.136.
Tuſſis, is, tuſſire, p.325.
Tympanum, i, f.813.
Tympanum oblongum, m.131.
Tympanum pulſare, p.814.
Tympanum rotundum, p.814.
Typis depicta tela, p.352.
Typis mandare libros, f.351.
Typographia, æ, typis mandare, f.351.



VAcca, æ, p.79.
Vacua domus, m.375.
Vacua orizâ ſpicâ, m.411.
Vacuum, i, f.341.
Vacuum, & nihil, f.341. f.391.
Vacuus, a, vm, p.375. f.426. f. 603.
Vacuus venter &c. f.390.
Vagabundus, a, vm, f.397.
Vagina, æ, p.70.
Vagina falcis oblongæ aduncæ, p.444.
Vagus, i, m.225.
Vagus, a, vm, p.419.
Valdè, m.52. m.284. f.395. f. 641. m.734.



Valdè bonus, f.395. f.641. m. 734.
Valdè clemens, m.734.
Valdè conſonum rationi eſt, f. 738.
Valdè fatigatus, f.390.
Valdè frigidum, m.331.
Valdè gracilis, p.454.
Valdè infenſi inimici, m.734.
Valdè, in re quæ contemnitur, m.331.
Valdè lætor, p.594.
Valde leuis, f.161. m.162.
Valdè magnum, p.739.

Valdè magnus, p.617.
Valdè manè, f.74. m.799.
Valdè multi milites, p.396.
Valdè obſcurum, m.331.
Valdè remotus, multum diſtãs, m 881.
Valedicere alicui, f.272.
Valens, tis, m.371.
Valeo, es, m.162.
Valetudinarius, ij, p.419. m. 771.
Valetudo commoda, m.5.
Vallis inter montes, f.355. f. 836.
Vapor, oris, f.366.
Vapores ex aquis aſcendere, p. 335.
Vapulo, as, m.232.
Variæ res, m.379. f.563.
Variegatio colorum, p.114.
Variegatus coloribus ſerpens, f.691.
Varij colores, m 691.
Varij modi, m.379.
Varijs linguis loqui, p.803.
Variolæ, arum, m.328.
Variolarum neui &c. p.578.
Variolis notatus in vultu, m. 651.
Vaſa quædam magna, & extenſa, m.352.
Vas ad ſputa recipienda, m. 588.
Vaſarium, ij, m.276.
Vaſculum fuſorium, p.511.
Vaſculum in quo ſeruatur calx, f.36.
Vas fictile ad vinum aut aquam, f.87.
Vas fictile amplum, m.65.
Vas fictile ſatis magnum, m. 101.
Vas, in quo tunditur oriza, m. 244.
Vas ligneum ad aquam &c. f. 788.
Vas mediocre, ex cannis contextum, rotundum &c. m. 560.
Vas minus, aut inſtrumentum, quo quis ex maiori vaſe aquam, vel alium liquorem haurit, p.260.
Vas paruum, p.783.
Vas quoddam, f.110.
Vas quoddam fictile quo vtuntur ad bibendum, m.73.
Vas rotundum concauum, p. 789.
Vas rotundum è cannis indicis contextum, f.788.
Vaſta occidentalis plaga, f. 875.
Vas ventris vaſti, ad aquam ſeruandam, p.121
Vbera, m 72.
Vbi, f.209.
Vbi eſt? f.209. m.508. m.568.
Vbi eſt magiſter? m.508.
Vbi eſt, vbi habitat? m.583.
Vdus, a, vm, p.875.
Vectigalium, ſeu tributorum domus, m.50. p.831.
Vehemens ventus, m.454.
Vehi bubalo, & ſic de alijs, f. 130.

Vehi elephante, f.130.
Vel, p.309. f.389.
Velamen pudendorum, p.369.
Velamen pudendorum adhibere, f.163.
Velamen, quo sacrificium immensis rotundis tegitur, m. 198.
Vela ventis benè aptari, & impleri, p.7.
Velipes, edis, p.411.
Velle aliquid narrare. p.449.
Velle in magno pretio haberi, m.91.
Velle ire, p. 830.
Vellere spicas ad comedendū, m.832.
Vellicare, aut deplumare sē auem, m.648.
Vellico, as, m.68. m.633.
Velociter, p.861.
Velociter ambulare, vt currendo, p.898.
Velociter currere, f.661.
Velociter equum currere, m. 95.
Velociter incedere, m.773.
Velociter, in ictu oculi, f.611.
Velociter loqui, f.394.
Velox in operando, p.860.
Veluti, p.755.
Vena aquæ, f.445.
Venam incidere, f.104.
Venatione persequi feles syluestres, p.674.
Vendo, is, p.24.
Venefica, æ, f.26.
Venefica, quæ acus infigit vesti ad fugandum dæmonem, superstitio, p.382.
Venefica, quæ speculum inspicit ad veneficia, m.236.
Venefica seu pythonissa, in quam dæmon, assumēs mortuorum nomina, ingreditur, m.133.
Veneficia & aliæ superstitiones Ethnico um ita enim inualuit apud Christianos, vt vocentur mendacia, p 177.
Veneficia facere ad malum aliquod, vt ipsi putant, auertendum, m.118.
Veneficia quæ fiunt à mulieribus grauidis ne patiantur aborsum, m.28.
Veneficia quædam tempore luctus fieri solita, p.722.
Veneficia, quibus vulnera curantur, f.450. p.451.
Veneficij genus, quo scribunt in cartula malum &c. f.319.
Veneficij litteræ, p.56.
Veneficij litteras collo appendete, p.56.
Veneficijs aliquam infirmitatem partus curare, m.639.
Veneficijs aliquibus implicatum esse, m.133.
Veneficijs infici, p.56.
Venefici spondentes aspectum mortuorum, m.800.
Veneficium, quo præsagire putant Ethnici quid in itinere, vel alio negotio futurum sit, p.546.

Veneficium, quo ſtatua ex paleis facta ope dæmonis mouetur, m.477.
Veneficium, quod digitis numerando fit, m.233.
Veneficium, quod fit ſpeculum inſpiciendo, p.384.
Veneficos ſpeculo vtentes vocare, f.236.
Veneficum conſulere, f.369.
Veneficus, ci, f.480.
Veneficus diabolum inuocans, m.604.
Veneficus qui diuinationibus intendit, m.735.
Veneficus, qui fingit ſe ſcire an anima ſit in cælo, vel in inferno, p.765.
Veneficus qui infirmos veneficijs curare tentat, m.735.
Veneficus, qui terram quærit aptam ad ſepulturam, &c. m.735.
Veneficus vulnera curãs, p.451.
Venenum, i, p.785.
Venerari Regẽ ſupernũ, p.700.
Veneration em excitans res, m. 526.
Veneration ẽ ingenerantes res, p.867.
Venerea delectatio, p.574.
Venereæ res, impudicæ, m.181
Venereis addictus, m.156.
Venereis dementatus, m.256.
Veneror, aris, m.119. p.383. p.700.
Veni huc, m.194. p.393.
Veniale peccatum, m.481.



Venio, is, m.89. p.393.
Venor, aris, f.673.
Venter, tris, m.26. m.55. p. 163.
Ventilare ad refrigerandum, m.623.
Ventilare orizam, f.161. f.260. m.672. m.749.
Ventorum linea recta, m.285.
Ventriculus auium, p.463.
Ventriculus gallinæ, p.463.
Ventroſus, i, p.78.
Ventum excitare ad ventilandam orizam, f.55.
Ventus, i, p.285. m.612.
Ventus deſijt, m.285.
Ventus ingens, m.612.
Ventus ingens, in circuitum furens, m.725.
Ventus iniucundus, p.285.
Ventus oppoſitus, aduerſus, f. 285.
Ventus ſecundus, f.285.
Venuſtus, a, vm, f.213.
Ver, veris, p.486. m.896.
Vera linea ſeptentrionalis, m. 108.
Vera media nox, f.789.
vera vxor, p.753.
Verax, cis, p.733.
Verba, orum, m.840.
Verba duriora, p.471.
Verba gratias referendi communiter, p.586.
Verba ineptè pronunciare, p. 523.
Verba iracundiæ proferre, m. 776.

Verba ſalutationum mittere, f.470.
Verba ſalutationum primariæ perſonæ mittere, f.470.
Verba vrbanitatis, quibus aliquid fictè offertur, m.757.
Verbera, rum, p.232.
Verbero, as, p.232.
Verbi gratia, f.68. m.245.
Verbum, bi, m.218.
Verbum, i, ſermo, onis, m.470.
Verbum illud non propuli, f. 470.
Verbum vrbanitatis &c. m.728
Verbum vrbanitatis cum quis reſpondet vocanti, m.153.
Verè, p.110.
Verecundiâ afficere aliquem, m.559. m.884.
Verecundiâ ſuffundi, p.756.
Verecundor, aris, m.884.
Veredus, i, m.601.
Verenda, dorum, ſic modeſtè vocant, p.4.
Vereor, eris, m.511.
Vereri aliquem, p.512.
Veridicus, a, vm, m.751.
Veritas, atis, verus, a, vm, p. 751. m.760.
Veritatem aperire, p.312.
Vermiculus pilis coopertus, qui naſcitur in folijs cannæ indicæ, p.516.
Vermiculus terræ &c. m.683.
Vermis, is, p.50.
Vermis aurium, f.633.
Vermis crinitus, m.48.
Vermis ex corruptione, p.289.



Vermis multos habens pedes qui glomerat ſeipſum, f.143.
Vermis perforabit nauigium, niſi adhibeatur ignis, m.305.
Vermis piloſus, f.683.
Vermis piloſus, vel quædam oſtreæ ſpecies, p.655.
Vermis qui naſcitur ex putri, p.50.
Vermis qui rodendo nauigium perforat, m.305.
Vermis volatilis, f.118.
Vermis volatilis oblongus, f. 123.
Verro, is, m.626. m.845. f. 898.
Verruca, æ, m.42.
Verrucam prodire, m.42.
Verſare remum, f.446.
Vertere è lingua recordità in vulgarem, p.90.
Vertere faciem in vnam partẽ ad melius percipiendum viſu &c. p.267.
Vertere oculos ad vnam partẽ, m.267.
Vertere tergum alicui, f.90.
Vertex capitis, f.370.
Verti, ac reuerti, p.44.
Verticis capilli, f.370.
Vertigine laborare, m.403. f. 618.
Vertiginem pati, f. 457. p. 585.
Vertigo, inis, p.98.
Verto, is, p.44. p.618.
Verto, is. reuertor, ris, m. 834.

Veru gallinam transfigere ad assandum, m.889.
Veru, transfigere veru, m.889.
Verum diei medium, m.530.
Verum iurare, m.751.
Verum loqui, m.751.
Verus, a, vm, m.102. p.108. p. 312. p.751. p.760.
Verus legatus, p.108.
Vesci carnibus, p.6.
Vesica, æ, m.26.
Vesica animalis, m.26.
Vespa, æ, f.69.
Vespere, p.22. p.78. p.107.
Vespertilio, onis, f.168.
Vespertinum crepusculum, f. 335.
Vestem nouam conficere, m. 10.
Vestem nouam consuere, m. 417.
Vestes saltatricum, p.889.
Vestio, is. calceo, as, m.444.
Vestis, is, m.10.
Vestis aulica, m.215.
Vestis comica, f.10.
Vestis contexta floribus, f. 636.
Vestis duplex, m.10. m.425.
Vestis ex sacco confecta, sagum, i, p.651.
Vestis in culcitræ morem assuta cum gozipio, p.464.
Vestis ineptè tincta, ex vna parte recipiens colorem, ex alia minimè, f.421, & 422.
Vestis lugubris, m.10.
Vestis non duplicata, m.233.



Vestis oblonga in terram pertingit, p.96.
Vestis oblonga, toga, æ, m. 349.
Vestis papyracea, quam comburunt Ethnici pro suis mortuis superstitiosè, f.10.
Vestis plana, f.10.
Vestis plana sine rugis, f.595. m.758.
Vestis reticulata, vel opere phrygio contexta, f.10.
Vestis valdè attrita centonibus que scatens, p.154.
Vestium rugæ, m.121.
Vestræ dominationes, p.577.
Vestra excellentia diù viuat, f. 492.
Vestra excellentia, vestra dominatio nestoreos viuat annos, m.739.
Veto, as, f.82.
Vetula honorata, p.16.
Vetula primaria, m.241.
Vexare populum, m.157.
Vexàt me, affligit me, p.810.
Vexilli vnius milites, p.128.
Vexillum, i, p.128.
Vexillum cum multis appendicibus, p.648.
Vexillum, quod in iustis defuncto soluendis defertur, & in quo defuncti nomen maiusculis literis describitur, f.467. p.468.
Vi aliquem trahere, p.37.
Vi auferre alienum, f.323.
Via, æ, m.515. m.200.

Via deserta, p.47.
Via in syluis, p.3.
Via lactea, m.305. f.696.
Via plana, f.595.
Via regia, f.200.
Via salebrosa, ex ascensibus, & descensibus constans, m.259
Vicarius Christi &c. m.866.
Vice vna dormire, p.123.
Vicinum esse casui, f.649.
Vicinum esse morti, f.649.
Vicinus, i, p.172.
Vicinus, a, vm, f.11. f.258. p. 398.
Vicinus domui, f.11.
Vicissitudines sæculorũ, p.229.
Vicissitudo cruciatuum, f.419.
Victum præbere, p.434.
Victus, vs, p.434.
Vicus quidam in aula Tunchinensi, f.622.
Vide, vide, modus arguẽdi cum aliquid non rectè agitur, m. 129.
Videam te nunquam, f.373.
Video, es, p.129.
Videor, eris, f.12.
Videre de facto, p.736.
Videre è propinquo perspicuè, p.691.
Videre librum, f.886.
Videre nec deprehendere, p. 129.
Videre proprijs oculis, m.548.
Videtur minimè bonum, f.12.
Videtur quod &c. p.531.
Vidua, æ, p.16. f.295.
Viduitatis custos, f.835.



Viduus, i, f.295.
Viduus, aut vidua, m.375. p. 779.
Vigilia, æ, p.814.
Vigiliæ noctis dantes signum, f.16.
Vigilia prima, p.814.
Vigilia secunda, p.814.
Vigiliarum, seu custodiarum domus, m.221.
Vigilias custodire, p.86.
Vigilias custodire, seu excubare, m.82.
Viginti, p.227. p.307. f.750.
Viginti, aut bis decem, p.492.
Viginti dies, p.820.
Viginti libræ &c. f.350.
Viginti nummi aurei, &c. p. 514.
Viginti quinque, p.395.
Viginti vnum, p.482.
Vijs minimè rectis ambulare, m.871.
Vilis, e, m.320. f.591.
Vilis, & insulsus cibus, f.320.
Vilis persona, m.320.
Vilis pretij merces, m.392.
Vilis pretij res, p.645.
Villosum sericum, p.781.
Villus, i, f.426.
Vim inferre, m.29. m.250. p. 305. f.310. m.323. p.874.
Vim inferre sibi ipsi corporis afflictationibus, f.310.
Vim infert illi, m.250.
Vimen indicum quod rota vocant, cultro aptare ad ligandum, m.874.

Vimen, quod Lusitani rota vocant, f.447.
Vimen, quo remus firmatur in columnula ad remigandum, f.617.
Viminis indici virgultum, m. 679.
Vinacea, æ, m.80.
Vinci, vt in sponsione, p.780.
Vincire ligulam vestis, p.79.
Vinco, is. siue in bello, vel in ludo &c. m.243.
Vinculi genus, quod est in modum scalæ &c. 299.
Vinculo ligneo in scalæ modũ collum alicuius claudere, m. 299.
Vindictam ab alio sumere, m. 320.
Vindictam sumere, p.28. m. 584.
Vini potator egregius, m.657.
Vinum ex oriza per ignem distillando exprimere, m.657.
Vinum ex oriza vi distillationis per ignem expressum, m. 657.
Vinum ex vite, f.553. m.575.
Vinum iam digessit, f.723.
Violaceus color nitens, m.215.
Violaceus color subobscurus, f.832.
Violaceus subobscurus, p.668.
Violaceus tendens ad rubeum, p.668.
Vipera, æ, f.420. m.426.
Vir, i, f.197. p.502. p.587.
Vir, & mulier, p.502.



Vir grauis, robustus, f.603.
Vir, quem Rex adhibet in omnibus negotijs, p.716.
Vires, m.703.
Vires superat, m.703.
Virga pro equo, f.874.
Virgo, ginis, f.236. f.739. p. 834.
Virgula odorifera, m.343.
Virgulam apponere &c. m.861
Virgultum, ti, f.112. m.679.
Viri, & mulieres, f.572.
Viridis, e, m.668. f.882.
Viridis, e, recens, ntis, m.846.
Viridis clarus, m.668.
Virtus, tutis, p.240. p.552.
Virtus occulta, spiritus, m. 414.
Virtus qualis inest? p.599.
Virtus recondita, m.551.
Virtus supernaturalis, p.410.
Virtutes, & prodigia, p.391.
Virtutis opus, p 240. m.607.
Virulenta aqua, f.246.
Virulentus, a, vm, p.227.
Visito, as, m.869.
Vis occulta, f.598.
Visus debilis, m.475.
Visus illius qui sub noctẽ non videt, vt gallinæ, m.622.
Vita, æ. viuo, is, p.697.
Vita æterna, p.697.
Vita est transitus, m.300.
Vita est transitus, mors est reuersio ad propriam habitationem, f.687.
Vita futura, p.381. f.230.
Vita hæc præsens, m.230.

Vita hæc præſens, p.381.
Vita Sancti Ignatij, m.836.
Vitis ſylueſtris, f.553.
Vitreum vaſculum. vitreus vrceolus, f.783.
Vitricus, ci, m.92. f.267. m. 294.
Vitrum, i, f.522.
Vitta galerum circumdans, vel firmans ſub mento, f.617.
Vitulus, i, p.752.
Vitulus, aut vitula, p.525.
Vituperium, ij, nomen malum, fama praua, m.884.
Viue diù, m.492.
Viue in æternum, p.764.
Viuere diù, m.697. p.779.
Viuere, & mori, m.687.
Viuit adhuc, m.697.
Viuo, is, p.697.
Viuus, a, vm, m.687.
Vix, f.317. p.390.
Vix poterit domum reuerti, f. 317.
Vlciſci in aliquem, m.584.
Vlcus apertum, p.112.
Vlcus in pudendis, p.405.
Vlulat tigris, p.873.
Vlulatus, ſeu clamor tigris, p. 244. p.258. f.749. p.873.
Vlna, æ, p.671.
Vltimo loco ire, f.33.
Vltimus, a, vm, f.33. f.458. p. 657.
Vltimus anni menſis, p.99.
Vltio, onis, f.823.
Vltra viginti, f.179.
Vmbella, æ, m.179.



Vmbella Buæ, f.719.
Vmbella idoli, f.719.
Vmbella cum ſinibus circumquaque cadentibus, f.171.
Vmbella Regis regnum administrantis, m.719.
Vmbilicus, i, f.655.
Vmbra, æ, f.26.
Vmbraculum erigere, p.29.
Vmbraculum in cymba, p.489.
Vmbraculum nauigij, p.865.
Vmbraculum ſupra ſtratum, quod elephanti imponitur, p.489.
Vna Congregatio virorum eiuſdem officij, m.597.
Vna decas, ſiuè decem, m.662.
Vnà fidelià duos dealbare parietes, p.755.
Vna hora ante, & altera hora poſt mediam noctem, f.789.
Vna manus clauſa, ſed ſtringēs orizam, quantum capere poſſit, m.546.
Vna pars, p.594.
Vna plaga. duæ &c. p.182.
Vna res, f.482.
Vnà vice quantum humeris geſtari poteſt, m.855.
Vncis ferreis carnem detrahere, m.476.
Vnctionem adhibere ad medēdum, f.896.
Vncus, ci, p.87. p.91.
Vncus ad elephantem regendum, p.51. p.872.
Vncus anchoræ, p.474.
Vnde? f.209.

Vnde, & reuerſus es? f.441.
Vnde hoc? f.132.
Vnde hoc ortum habuit? f.174. p.179.
Vndecim, f.482. m.492.
Vnde venit? f.209.
Vngere capillos, vnguento linire comam, f.896.
Vngere medicamento, m.691.
Vngue lacerare, f.476.
Vngues auis rapacis, f.73.
Vngues leonis, tigris, felis, m. 73.
Vngues manuum, p.456.
Vngues pedum, p.456.
Vngues tigris, m.336.
Vnguibus arripere, p.92.
Vngula, æ, f.50.
Vngula bubali, f.50.
Vngula equi, f.50.
Vnguis, is, p.456.
Vnicornis cornu, p.716.
Vnicus, a, vm, p.551.
Vnio, onis, p.339.
Vnio, nis, Margarita, æ, p.340.
Vniuerſus orbis, p.306.
Vniuerſus populus, p.858.
Vnius territorij ex illis in quæ ſubdiuiditur toparchia, p. 543.
Vno in filo ligatæ ſexcẽtæ monetæ æreæ, p.620.
Vnum, duo, f.79.
Vnum hoc ſcit, f.482.
Vnum mille, ſeu mille, p.529.
Vnum par, duo paria, p.227.
Vnum quid ex vnaquaque ſpecie, f.781.
Vnus, a, vm, m.482. p.553.
Vnus & idem, p.147.
Vnus ex aduerſo alterius, f.518
Vnus homo, p.553.
Vnus ictus crepitaculi, duo, idem de horis horologij, p. 182.
Vnus nummus, duo &c. f.398.
Vnus ordo, duo ordines, f.424.
Vnus vir, & vna vxor, f.606.
Voca illum, m.358.
Vocare animas defunctorum, f.293.
Vocare animas defunctorum, qui ſepultura caruerunt &c. f.106.
Vocare nomen alicuius, tanquam è catalogo, f.900.
Vocare veneficum, f.479.
Vocari ad conſilium à Rege, p.72.
Vocari à ſuperiore, p.228.
Vocem inflectere, p. 317. p. 521.
Voces ranarum, m.883.
Vociferatione auxilium petere, m.332.
Vociferor, aris, m.332.
Voco, as, p.297. m.324.
Vola manus, f.22.
Volo, as, m.143.
Volo vis, p.377. f.492.
Voluere orizam coctam ne conglomeretur, m.893.
Volui lignum, m.396.
Voluntas, tis, p.401.
Voluntate carens, f.790.
Vomer, eris, m.433.

Vomo, is, m 487.
Vorax, cis, m.196. m.308.
Votum, aut iuramentum Deo emittere, m.361.
Votum emittere, m.342.
Votum non adimplere, p.670.
Vox, cis. fama, æ, m.796.
Vox clamantis, f.327.
Vox elephantis, m.749.
Vox honoris qua vnuſquiſque orditur ſermonem cum Rege Tunchinenſi, f.178.
Vox numerandi libros, m.141.
Vox, qua vruntur aliqui in fine interrogationis, p.712.
Vox ſuauis, m.796.
Vrbanè loqui, f.158.
Vrbanis pollere moribus, p. 499.
Vrbanitas, tis, p.527.
Vrbanus, a, vm, m.413. f. 598. p. 701.
Vredinem oculis cauſare, p.313
Vredo, inis, p.80.
Vrgeo, es, f.401.
Vrgere illum ad agendum, m. 292.
Vrina, æ, p.193.
Vrinam expellere, p.796.
Vrinam non poſſe expellere, m.193.
Vrſus, i, f.262. m.299.
Vſque, p.436.
Vſque ad hodiernum diem, quantum temporis eſt elapſum, m.840.
Vſque ad nubes, p.721.
Vſque modo, p.550.



Vſque nunc, f.216.
Vſtulare bubalum, p.783.
Vſtulo, as, m.577.
Vſui nulli eſt, p.442.
Vſui Regis aliquid relinquere. m.100.
Vſum non habet, vt bibendi vinum &c. p.626.
Vſum non habeo &c. m.825.
Vterus fæminæ grauidæ, f.733.
Vtile adhuc eſt, f.512.
Vtinam, f.110. p.269.
Vtilis medicina, m.321.
Vtilitas, atis, m.349.
Vtilitas, atis, m.349.
Vtilitas mihi non eſt vlla, p. 568.
Vtilitati hominum inſeruit, m. 183.
Vtor, eris, m.183.
Vtor hac re, m.183.
Vt prius, p.896.
Vt quid perditio hæc? f.330.
Vuarum ſuccus, vinum, i, m. 575.
Vulnerari, f.166.
Vulneratus, a, vm, p.112.
Vulpes, is, p.87.
Vulnus, neris, p.112. m.166.
Vulnus in pudendis. dyſenteria, æ, tenaſmus ſanguineus, f.799.
Vultui aliquid applicare, f.520.
Vultus, vs, m.457.
Vultus hilaris, f.457.
Vultus iratus, f.457.
Vultus triſtis, f.457.
Vultus venerabilis, m.526.

VX
Vxor, ris, f. 70. f. 606. p. 753.
Vxor patrui tui natu minoris quam pater tuus sit, f. 766.
Vxor principis viri, m. 16.

VX
Vxorem ducere, p. 143.

XA
XAca, æ, p. 761.

ZA
ZArbatana, æ, f. 777. p. 897.
Zarbatana, æ. syringa, æ, p. 788.
Zarbatanà flando iaculari, f. 777.
Zarbatanà iaculari, f. 234. p. 897

ZA
Zelotypia, æ, f. 267.
Zelotypia laborare maritum, & vxorem inter se, p. 268.
Zisaniæ seminator, p. 411.
Ziziphum, i, m. 724.

FINIS.

Pomorska Studijska Knjižnica

# LINGVAE ANNAMITICAE
## SEV
# TVNCHINENSIS
## BREVIS DECLARATIO

*VICINIORA Orientali plagæ idiomata præcipuè verò Cinenſe & Tunchinenſe, & ex parte etiam Laponenſe, artem illa addiſcendi habent à noſtratibus linguis longè diuerſam: carent enim omninò generibus: declinationes etiam non habent propriè neque numeros; Tunchinica certè lingua, de qua nunc agimus, nullas habet coniugationes, tempora nulla aut modos: ſed hæc omnia explicantur, vel per aliquarum particularum additionem, vel ex antecedentibus & conſequentibus ita colliguntur, vt qui peritiam linguæ habent, benè percipiant tempus, aut modum, & numerum, qui ſignificatur in oratione prolata, imò ſæpè idem ipſum vocabulum habet ſignificationem nominis & verbi, & ex adiunctis facilè poteſt intelligi an eo loco talis vox ſit nomen, aut verbum.*

*Duo tamen præcipuè ſunt in hoc idiomate notanda, è quibus tanquam fundamentis tota ratio benè addiſcendæ huius linguæ pendet, ita vt ſine illis à noſtratibus hæc lingua vix teneri poſſit; ſicuti enim homo conſtat ex corpore & anima, ſic etiam hoc idioma conſtat ex characteribus quibus à nobis conſcribieur, & ex tonis ſeu accentibus quibus notatur & pronunciatur: quibus duobus priùs explicatis & poſitis tanquam fundamentis, de partibus Orationis, & præceptis in ipſa oratione ſeruandis agendum poſtea.*

# De literis & syllabis quibus hæc lingua constat

## CAPVT I.

NOn agimus hic de characteribus quibus Tunchinenses seu Annamitæ vtuntur in suis scriptionibus, qui sunt difficillimi, & penè innumeri, præcipuè ij qui bus suos conscribunt libros qui sunt ijdem ac Cinenses, & ad numerum octuaginta millium peruenire dicuntur: totamque vitam in ijs addiscendis insumunt illæ nationes nec tamen vllus vnquam ad omnium perfectam notitiam peruenire consueuit.

Nostratibus igitur literis vtimur & paucioribus & longè facilioribus, quia Tunchinenses in sua lingua nostras omnes exprimunt literas excepto vno, z, nam quamuis etiam propriè nostrum, f, non exprimant sed potius, ph, seu φ Græcum, tamen etiam ad hoc exprimendum vtemur nostro, ph, quia sic facilius & commodius absque confusione nostri alphabeti elementis vtimur. Verum quidem est quatuor de nouo literas nostro alphabeto fuisse additas ad exprimendam pronunciationem aliquam propriam huius Tunchinensis linguæ, quam nostri characteres non exprimunt: hæ autem literæ superaddite sunt tantum quatuor, duæ vocales, scilicet, o, & ư, & duæ consonantes đ & đ quarum virtus nunc explicabitur cum aliarum literarum valore.

A, est duplex, vnum clarum sicut nostrum vt, an, quies; & aliud subobscurum quod non ita hiante ore pronuntiatur vt ân, occultare.

B. Est etiam duplex vnum commune vt, ba, tria & istud quidem, non est omninò simile nostro sed pronuntiatur non emittendo sed potius attrahendo spiritum in ipso oris seu labiorum habiatu ac si quis vellet proferre m, & postea proferat, b, alterum

*terum* ϐ. *pronunciatur ferè vt* β *Græcum vt*, ϐĕaò *ingredi*, *non est tamen omninò simile nostro*, V, *consonanti*, *sed paulo asperius*, & *in ipsa labiorum apertione promuntiatur ita vt sit verè litera labialis*, *vt Hebræi loquuntur*, *non autem dentalis*.

C. *Est in vsu in principio dictionis vt*, cá, *piscis*, & *in fine vt* ác, *ludere*; *vtemur autem litera*, c, *in principio tantum cum vocalibus* a, o, oͤ, uͤ, & u, *nam pro literis* e, &, i, *vtemur vel litera* k, *vel litera* ſ; *vt infra*: *vtemur etiam*, c, *cum*, h, *ad exprimendum quod Itali scribunt*, cia, *nos autem dicemus*, *cha*, *quia apud lusitanos ita est in vsu*, & *in libris etiam scriptis in lingua Tunchinensi ita vsus inualuit*, *vt*, cha, *sit idem quod apud Italos* cia, &, *che*, *idem quod*, ce, *apud eosdem*: & *sic de omnibus alijs literis vocalibus cum ch*, *quæ pronunciantur more lusitano*, *non Italico nec Latino*, *quia sic commodius nobis visum est*.

D. *Pronunciatur & valet idem quod*, d, *Latinum*, *cum aliqua tamen differentia*, *præsertim in vocabulis in quibus*, d, *affert secum literam*, e, *quasi affixam*, *sed non clarè pronunciatam*, *vt* dĕa, *pellis*; *at quando non habet illud quasi medium*, e, *affixum*, *est omnino simile nostro*, d, *vt* dà *casa*, *in quibusdam tamen Tunchinensium pagis istud*, d, *pronunciatur vt*, r, *estque vitium linguæ*, *aliud* đ *notatur eo signo quia est omninò diuersum à nostro & pronunciatur attollendo extremum linguæ ad palatum oris*, *illamque statim amouendo*, *absque eo quod vllo modo dentes attingat vt* đađa, *perdix*: & *hæc litera est valdè in vsu in principio dictionis*.

E, *datur duplex*; *alterum commune & clarum vt* em, *frater vel*, *soror*, *natu minor*: *alterum subobscurum & quasi clausum vt*, ệm, *suauis mollis*: *oppositum aspero aut duro*.

F. *Vel potius* ph. *quia non supponit labia disiuncta vt nostrum* f. *sed potius illa in pronunciatione seu prolatione suauiter disiungit cum aliquo flatu*, *quare in dictionario non vtemur litera* f. *sed* ph. *quia libri iam conscripti sic usurpant*.

G, *Est in vsu sicut apud nos vt* gà, *gallina, illud tamen notandum quod in scribendo* ghe & ghi *sequemur octographiã Italicam vt commodiorem huic linguæ, sic etiam gia gio giu* gio & giu *debent pronuntiari Italicè sic enim commodius visum est & in libris iam scriptis ita vsus inualuit. Etiam ge & gi scribemus per literam*, g, *ne scribendo per* i, *consonans fieret aliqua confusio. Alium habet vsum litera*, g, *prꝛponendo illi*, n; *vt*, ngà, ebur, *& habet pronunciationem seu æquiualet* ngain ע *Hebræo: estque prolatio partim per nares emissa, & est valdè in vsu in hac lingua: sic & in fine vocabuli sæpe est in vsu*, g, *non tamen ita clarè profertur sicuti in principio sed subobscurè, vt si ex vocabulo sanguis tollas ultimas literas*, uis, *remanet*, sang, *nobilis. Est in multis vocibus in vsu talis pronuntiatio, imitaturque linguam Gallicam cum in illâ post illud*, g, *sequitur vocalis, vt*, le sang *est beau, sanguis est pulcher.*

H, *Est valdè in vsu, & benè aspiratur præcipuè in principio dictionis cum omnibus vocalibus vt*, hà *aperire os, & post*, k, *vt* Khá, *decet & equiualet* χ *Græco, sic etiam post*, p, *vt*, pha, *miscere: & valet idem quod*, φ, *Græcum: sic quoque post*, t, *vt* tha, *parcere: & sonat vt* θ *Græcum: habet igitur hæc lingua tres aspiratas sicuti lingua Græca, & satis aspirantur: adhibemus etiam*, h, *post*, c, *vt*, cha, *Pater, & æquiualet*, cia, *Italo, vt supra diximus in litera* c: *sic & post*, g, *vt* ghe, *crista*, ghi, *notare, sicut Itali &c. adhibemus etiam simul cum*, n, *vt*, nhà, *domus, & facit idem quod apud Italos*, gna; *est etiam in vsu in fine post* c, *& post* n; *si quis enim ex illa voce lusitanica* cacha *tollat vltimum*, a, *superest vox Tunchinica* cách, *modus: sic etiam si ex voce, manha, tollatur vltimum*, a, *restat quoque uox Tunchinica* mạnh, *robustus.*

I. *Solum vtemur vocali, quia totus vsus*, i, *consonantis melius fit per literam*, g, *vocalis autem est vsus sicuti apud nos; ad vitandam tamen confusionem solum vtemur*, i, *vocali in medio & in fine, in medio quidem vt*, biét *scire, & in fine vt*, bí, *cucurbi-*

cucurbita Indica; notandum tamen, nos vſuros, y, in fine quando fit diphtongus cum diuiſione ſyllabæ, vt éy ille; quando vero ſcribemus cum, i, vocali, eſt ſignum non diuidi ſyllabam vt ai, quis: non vtimur duobus punctis ſupra vocales, ad vitandam ſignorum multiplicitatem ſufficiet ſemel admonuiſſe, i; in fine poſt aliam vocalẽ non facere aliam ſyllabam diſtinctam cum vero ſcribitur per, y, Græcum, tunc diuiditur ſyllaba vt, cai. ſuperior: cây. arbor. In principio etiam, maximè ante aliam vocalem vtemur, y, Græco ne quis accipiat pro conſonante vt yêó, debilis; yả, cacare.

K. Eſt in vſu cum vocalibus e, & i, vt Kế numerare, Kí ſcriptor quia ad alias literas vtimur, c, vt ſupra notauimus in litera, c; attamen cum, h, vtimur k ad omnes ſyllabas vt, kháč, aliud; & valet idem quod χ Græcum, vt ſupra notauimus in litera, h.

L, Eſt in vſu maximè in principio vt lá, folium; hac autem litera omninò carent Iapones, ſicuti Cinenſes carent r. vnde obiter nota Latinam linguam melius pronunciari à Tunchinenſibus quam ab illis præterea Tunchinenſes habent l, liqueſcens adiunctum alijs conſonantibus vt blả ſoluere; Ac licet in aliquibus Prouincijs ſeu pagis dicitur, t, loco, b, vt tlả ſoluere, in curia tamen eſt vſus, b; additur etiam poſt, m, vt mlẽ ratio, aliquando etiam ſed rarò additur ad p vt plàn deuoluere, alij, làn, ſine p. at cum litera t, additur, l, ſæpiſſimè vt tla, condire; tle, canna indica: multi autem pronunciant per, t, multa huiuſmodi vocabula, quod vſus docebit.

M. Eſt in vſu tam in principio quam in fine vt, ma, mors: & in fine ſed pronunciatur benè compreſſis labijs vt mâm, menſa paruula, quod notandum proluſitanis ne confundant, am, &, aõ, quæ in hoc idiomate ſunt diuertiſſima, & ſæpè ſunt in vſu, vt am, artifex eximius &, aõ, apis, mám, piſcis ſale conditus, & máõ unguis.

N. Eſt in vſu tam in principio quam in fine vt, non, immaturus;

turus ; adiungitur cum litera, h, tam in principio quàm in fine vt supra notauimus in litera, h, hic autem vsus est frequentissimus, sic etiam in principio cum litera, g, est ualdè in vsu, ut, nghe, audire: uide supra litera g.

O. Est duplex sicuti &, a, aliud commune ut có, habere: aliud subobscurum quod parum aperto ore profertur ut, cô, amita Soror Patris.

& Est quasi o, & e, quasi quid ex duabus vocalibus compositum & est valdè in vsu, tam solum, vt, ò, esse, quam & cum omnibus consonantibus, vt ḍo vxor, cọm, oriza cocta &c. Sæpe autem adiungitur simul in eodem vocabulo cum litera, ư, quæ est quasi u sed subobscurum, & pronunciatur compressis dentibus & hinc inde dilatatis labijs, vt nư ó c, aqua; chư ó c, industria; ư ó c putare, & similia, quæ passim occurrunt.

P. Non datur propriè in principio dictionis vt supra notauimus in litera f. sed potius ph, quod idem valet, ac φ, Græcum vt, pha, miscere; habet tamen p, in fine vt báp, flos ficus Indicæ, & pronuntiatur omninò vt nostrum, p, etiam in fine.

Q, Est in vsu vt in lingua Latina cum u, liquescenti, vt qua, transire; que, baculus; qùi genua flectere.

R, Est in vsu in principio dictionis, non duplicatum vt lusitani solent, sed simplex vt Itali, vt, ra, egredi, est etiam in vsu liquescens post t, non tamen est propriè r, sed illud t, pronunciatur cum quadam asperitate, attingendo palatum cum extremitate linguæ, vt tra, conferre: confunduntur tamen tr, & tl, vsus docebit.

S, Est solùm in vsu in principio dictionis; & cum maiori asperitate, quàm nostrum, quasi esset duplex, & cum minori sibilo: pronunciatur autem cum quadam inflectione linguæ ad palatum vt, ſa, cadere: in medio, aut in fine dictionis nunquam reperitur.

T, Est in vsu tam in principio dictionis, quàm in fine, vt, tật, morbus inueteratus: in principio est simile nostro vt, tin,

crede-

*credere: in fine pronunciatur cum quadam inflexione & percussione linguæ ad palatum vt*, but, *idolum: sic cum ea linguæ inflexione pronunciatur etiam in principio quando habet*, r, *adiunctum vt*, tra, *conferre, seu examinare.*

V, *Est in vsu, tum vocalis, tum etiam consonans: vocalis quidem tam in principio vt*, u, mê, *idiota rudis; quàm in medio vt in lingua Latina cum litera*, q, *vt*, qua, *transire: & interdum cum* g, *vt in lingua Italica, ut*, guet, *luna, & tunc liquescit: est etiam in fine, & tunc uel cum apice semicirculari qui significat quid medium inter*, m; &, n, *ut*, cũ, *simul, uel sine illo ut*, dù, *umbella, uel etiam cum alia uocali ut* càu *pons; Vbi notandum quod quando ponitur in fine*, u, *post*, a, *tunc intelligitur quasi duplex syllaba, sicuti apud Latinos cùm adhibetur duplex punctum super uocales, ut*, aër; *cùm uerò post*, a, *ponitur*, o, *tunc illigitur diphtongus ut*, cao, *altus, ne multiplicentur signa, quæ pariant confusionem.*

ʋ, *Est ualdè in usu & pronunciatur fermè sicut* u, *sed dilatatis hinc inde labijs ut* ʋa, *fauere*, muʋa, *pluuia*: dũʋ, *malus, aut ferus.*

X. *Est etiam ualdè in usu & pronunciatur sicuti apud lusitanos, uel certè ut*, sc, *apud Italos ut*, xa, *distans*; xe, *currus.*

*Vocales igitur in hac lingua sunt omninò septem ideſt* a, e, i, o, u, *quibus adduntur*, o͡, &, ʋ͡, *ut diximus: utemur etiam* y, *Græco, præcipuè in fine, ad significandam syllabæ diuisionem, ne cogamur uti duobus punctis, sicuti in latino* aër, *ne multitudo signorum pariat confusionem. Sufficit semel monuisse quotiescunque utimur*, y, *Græco, tunc illud exprimere syllabam diuersam, ut*, yâ, *excrementa egerere*: éy, *ille*, dạy *docere, ut supra in litera*, i, *iam notatum.*

*Ex dictis uocalibus componuntur diphtongi*, ai, ao, ei, eo, & i, *antecedens omnes alias uocales, postpositum literæ*, g, *ut*, gia gie, *&c. more Italico pronunciatum* oi, ei, aõ, oũ, o͡i, ui, ʋi. *quæ usus docebit.*

De

# De Accentibus & alijs ſignis in vocalibus.

## CAPVT II.

*DIximus accentus eſſe quaſi animam uocabulorum in hoc idiomate, atque ideò ſumma diligentia ſunt addiſcendi. Vtimur ergo triplici accentu linguæ Græcæ, acuto, graui, & circumflexo, qui quia non ſufficiunt, addimus iotа ſubſcriptum, & ſignum interrogationis noſtræ; nam toni omnes huius linguæ ad ſex claſſes reducuntur, ita ut omnes prorſus dictiones huius idiomatis ad aliquam ex his ſex claſſibus ſeu tonis pertineant, nulla uoce prorſus excepta.*

*Primus igitur tonus eſt æqualis, qui ſine ulla uocis inflexione pronunciatur, ut* ba, *tres: quod ita uerum eſt, ut etiamſi quis aliquem interroget per uocem,* chang, *quæ eſt æqualis, ut* có chang, *eſt ne; nullo modo debeat inflectere uocem interrogando, quia uox interrogatiua,* chang, *nullo notatur accentu, quod ſi inflecteretur uocis tonus, tunc eſſet alia ſignificatio: uoces itaque quæ hunc æqualem habent tonum, nullo notantur accentu; & hoc eſt ſufficiens illarum diſtinctiuum ſignum, cùm omnes aliæ ſuum accentum habeant.*

*Secundus tonus eſt acutus, qui profertur acuendo uocẽ, & proferendo dictionem, ac ſi quis iram demoſtraret, ut* bá *concubina Regis, uel principis alicuius uiri.*

*Tertius eſt grauis, & profertur deprimendo uocem, ut* bà, *auia, uel Domina.*

*Quartus eſt circumflexus, qui exprimitur inflectendo uocem ex imo pectore prolatam, & poſtea ſonorè eleuatam, ut* bã, *colaphus, uel colaphizare.*

*Quintus uocatur ponderoſus ſeu oneroſus quia cum quodam pondere ſeu onere ex imo pectore prolata uoce exprimitur, & notatur cum iota ſubſcripto ut* bą *res derelicta.*

*Sextus*

Sextus denique dicitur lenis, quia cum leni quadam vocis inflexione profertur, sicuti cum interrogare solemus, itane? & similia; & idcirco signo illo interrogatiuo pro accentu notatur vt, bà quoddam sericum apud Tunchinenses coloris lutei vel crocei.

Ex his patet eamdem syllabam, ba, pro diuersitate accentuum res diuersissimas atque omninò disparatas significare, quod idem in alijs vocabulis Tunchinensibus euenit; quamuis enim non omnes accentus singulis vocibus aut syllabis conueniant, rarò tamen euenit vt aliqua vox plures non admittat accentus, cum significatione diuersa; nunquam tamen in eadem voce simul inueniuntur multi accentus, ita vt simul sint notandi varij in eadem voce, quia variatio accentuum secum affert etiam variationem vocum & ferè semper etiam significationum.

Hos autem sex accentus ad nostræ musicæ tonos sic accommodare possumus vt aliquam cum illa, videantur habere proportionem per has voces vt, dò, pedica; rẹ, radix, in pronunciatione cuiusdam Prouinciæ; mĩ, nomen cuiusdam familiæ; fa, vel pha, miscere; sô, cathalogus; lá, folium; ita vt ex his vocibus etiam in lingua Tunchinica significatiuis, per sex tonos linguæ Tunchinensis, dò, rẹ, mĩ, pha, sô, lá, possimus referre aliquo modo sex tonos nostræ musicæ, non tamen ita exactè, quin magna intersit differentia; quare nullus istos tonos addiscere poterit, nisi ab aliquo qui linguam benè calleat, illos per seipsum audierit sæpius, vt illis assuescat: Quinque igitur sunt accentuum notæ quia tonus equalis non indiget nota vt diximus.

Tribus etiam alijs signis supra vocales vtimur, omissis alijs quæ minùs necessaria visa sunt, ne signorum multitudo in typis confusionem pariat primum est accentus circumflexus latinorum, quem ad tres vocales adhibemus â ê, ô. signumque tale adhibetur quando illæ vocales subobscurè pronunciari debent, ore scilicet minus hiante, vt ân, sygillum: mê.n mollis ôn, infermus: quando tale signum non adhibetur super has vocales,



signum

*ſignum eſt illas clara voce hiantique ore debere proferri, vt an-*
*quies*: em, *Frater, vel Soror, iuniores*: hòm, *arca; nullumque*
*ſignum ad hoc eſt neceſſarium, nam ſufficit carentia ſigni.*

*Secundum ſignum eſt nota breuis ut ſit in arte quantitatis verſuum ſeu pöetices & ſimiliter adhibetur ad tres vocales* ă, ĕ, *&* ŏ: *vt* tăóc, *capillus*; dĕa, *pellis*; tŏan, *ſtatuere*: *& ſolùm breuiſſimè tangitur litera cui adhibetur illa nota itaut propriè ſyllaba, & accentus pertineat ad vocalem ſequentem.*

*Tertium denique ſignum eſt apex, qui in hac lingua eſt omninò neceſſarius propter differentiam terminationis, quam facit apex omnino diſtinctam à terminatione quam facit*, m, *aut*, n, *cum ſignificatione omninò diuerſa in dictionibus, quibus adhibetur; hoc autem ſignum ſeu apex ſolùm afficit* ō, *&* ū, *in fine dictionis, ut*, aō, *apis*; oū; *auus, vel dominus: pronunciatur autem ita, vt nec labia ſe inuicem contingant, nec lingua palatum attingat.*

*Tandem vt aliquam notitiam demus de partibus orationis de illis ſingillatim agemus, quantum hoc idioma permittit, ex quadam proportione cum lingua Latina: facilè tamen quis aduertet non poſſe aſſignari tantam uarietatem, non ſolum vt eſt in lingua Latina, ſed neque vt in vulgaribus Europæis.*

## De nominibus.

## CAPVT III.

*QVamuis in hac lingua quædam dictiones ſemper ſint nomina, ſemper nominum ſignificationem retinentia, & nunquam ad aliam ſignificationem deflectentia, niſi nominis, vt*, blo-ì, *cœlum*: d'ât, *terra*: ngu-ŏ-i, *homo*: *& ſimiles. Aliæ tamen ſunt quæ ſunt indifferentes vt ſint nomina vel verba, quæ ex orationis contextu dignoſcun-*

*gnoſcuntur vt* cheò, *remus*, 1, *remigo*: *nam ſi dicam*, thuiền nầy cò hai cheò, *cymba hæc habet duos remos*; *eſt nomen*: *ſi vero dicam*, tôi chèo thuiền nầy, *ego remigo cymbam hanc*, cheò *tunc eſt verbum*, *idem de ſimilibus dicendum*: *plurale & ſingulare ex adiunctis antecedentibus & conſequentibus colligitur*; *neque enim in nominibus ſunt vllæ declinationes*, *vel numeri*, *vel caſus*, *aut etiam vllæ differentiæ generum maſculini*, *aut fœminini*, *aut etiam neutrius*: *poſſunt tamen hæc omnia ex quadam analogia ad noſtras explicari linguas*.

*Et primò quidem declinatio caſuum in vtroque numero*, *tam plurali*, *quàm ſingulari dignoſci hoc modo poteſt*, *vbi vox*, thàng, *puer declinatur*

## NVMERVS SINGVLARIS.

*Nominatiuus*, thàng nầy, *puer iſte*: *genit.* cha thàng nầy, *pater pueri huius*: *datiuus*, cho thàng nầy áo, *do puero huic veſtem*: *Accuſ.* keo thàng nầy, *voca puerum hunc*: *Vocat.* ơi thàng kia, *ò puer ille*: *Ablat.* bởi thàng nầy, *à puero hoc*.

## NVMERVS PLVRALIS.

*Nominatiuus* nhữ̃ng thàng nầy, *omnes pueri iſti*. *Genitiuus* cha hai thàng, *pater duorum puerorum*. *Datiuus* cho nón ba thàng, *do galerum tribus pueris*. *Accuſ.* dạy các thàng, *doceo omnes pueros*. *Vocat.* ơi bốn thàng kia, *ò quatuor illi pueri*. *Ablat.* bởi các thàng, *ab omnibus pueris*.

*De caſibus hoc paradigma ſufficiat*: *de numeris verò ſunt alij dignoſcendi modi*. *Primus per particulas*, *quæ additæ nominibus faciunt plurale*, *vt* chúng, mó, ngữ̃ng, *vel* dữ̃ng: *hæ omnes particulæ adduntur pronominibus*, *vt* tôi, *ego* mầy, *tu*: nó, *ille*: chúng tôi, *nos*: chúng mầy, *vos*; chúng nó, *illi*: *ſic etiam* nhữ̃ng, *vel* dữ̃ng, *adduntur tribus perſonis*; *at* mó *ſolùm pri-*

*mæ, & ſecundæ vt*, mó tòi, *nos*: mó bay, *vos*: mó mấy, *non eſt in vſu pro ſecunda perſona plurali*: chúng mấy, *verò rarò, cuius loco ſæpius dicitur*, chúng bay, *vos; vel etiam*, bay, *ſolùm etiam ſignificat plurale, vos, ſine vllo addito: interdum adduntur ſimul duæ ex illis particulis, vt*, chúng mó toi, *& ſignificat, omnes nos*.

Ta, *habet ſignificationem ſingularis, cùm quis loquitur cum inferioribus modeſtè, vt*, ta nói cũ bay; *ego loquor vobiſcum: interdum eſt plurale, primo additis particulis*, chúng, *vel*, mó; *vt*, chúng ta, *nos: ſecundo addito aliquo numero plurium vt*, ba ta, *nos tres: tertio quando ſunt multi æquales ſimul, & vnus loquitur cum omnibus ut*, ta đi cũ nhau; *nos eamus ſimnl: quarto ex vocabulis antecedentibus & conſequentibus vt vſus docebit. item* Ta, *poſt vocabulum*, nguòi, *homo: facit plurale*; nguòita, *hamines. ſic etiam poſt*, tổ tũ, tổ tũ ta, *progenitores noſtri*.

Phô, *eſt particula numeri pluralis, ſed cum honore, vt* phô oũ, *Domini*: phô bà, *dominæ aptè additur* nhũng phô oũ, *omnes Domini*.

Kẻ, *fasit plurale varijs nominibus additum, vt*, kẻ quê, *ruſtici*: Kẻ mọn, *plebei, vel infimi*: tôi là Kẻ mọn, *ego ſum inter infimos, iſtud*, kẻ, *ſolùm de hominibus dicitur cum aliqua depreſſione*.

*Secundus modus dignoſcendi plurale eſt quando apponuntur aliquæ particulæ vniuerſales, vt* cỗên, các, mọi, nhêo, muân, hết. *vt* cỗên Chúa, *milites regis*: các thầy, *omnes magiſtri*: mọi ngày, *omnes dies*, nhèo nguòi, *multi homines*: muân vật, *decem millia rerum, ideſt, omnes res inferiores*: đi hết, *ite omnes*.

*Tertius modus; res quæ ſignificant ſpecies aut genera rerum viuentium, etiam nulla addita pareicula trahente ad plurale, ſignificant plurale vt*, gà, lơn, *& ſimilia*: mua gà, lơn, *emere gallinas, porcos. ſic* muâng chim, cây cỗi, hỏa quả *&c. ſic*

*quando*

*quando duo nomina ad idem aut ſimile pertinentia coniungun-tur ordinariè intelliguntur in plurali vt*, anh em, *Irmaos*: chi em *Irmaas*, *cætera vſus docebit; è contra ſingularia ex oppoſitis regulis dignoſci poſſunt.*

*Hic tamen valdè notandum ex antecedentibus & conſequentibus, multa nomina fieri, vel ſingularia, vel pluralia, ea enim quorum vnuſquiſque ſolet habere ſuum, ſi multiplicetur ſubiectum habens multiplicantur etiam res quæ habentur, ſi verò habens ſeu poſſidens, ſit in ſingulari, etiam res habita eſt in ſingulari vt*, chém đâù no, *amputa caput illius, illud* đâù, *caput eſt in ſingulari, quia*, nó, *illius, eſt in ſingulari: ſi verò dicatur:* chém đâù ba nó, *amputa capita trium illorum, hæc eadem vox*, đâù, *in ſe inuariata, fit pluralis, quia addita eſt vox*, ba, *tres quæ facit plurale ſubiectum habens*, ba nó, *trium illorum & ſic de ſimilibu,.*

*Tandem nomina ex adiectiuis abſolutis ſeu poſitiuis fiunt comparatiua aut ſuperlatiua per additionem aliquarum particularum; vt comparitiuum per additionem*, hơn, *magis; vel* hơn nữa, *magis adhuc: vt* tot, *pulcher*; tốt hơn, *magis pulcher*: tot hơn nữa, *adhuc magis pulcher:* hŏa nầy tốt hơn hŏa kia, *flos hic pulcher magis flore illo*: lành; *bonus*: lành hơn, *magis bonus*: lành hơn nữa, *adhuc magis bonus: at*, hơn nữa, *ponitur ſemper in fine orationis; vt*, blái nầy lành hơn blái no, blái Kia lành hơn nữa, *fructus hic eſt magis bonus fructu iſto, fructus ille adhuc magis bonus. Interdum ex ſola interrogatione, abſque vlla addita particula, intelligitur comparatiuum vt*, hai nguơi nầy nguơi nào lành, *ex duobus hominibus his quis homo bonus? ideſt, quis melior? ſuperlatiuum explicatur per duas particulas*, cực, & rứt; cau, *altus*: rứt, cau, *altiſſimus*: mlớn, *magnus*: cực mlớn, *maximus*: thánh *ſanctus*; rứt thánh, *ſanctiſſimus*: rứt *eſt magis in vſu ad res bonas extollendas*, cực, *ad res malas exaggerandas*, toi cực trаở, *peccatum maximum; ſic etiam*, cực, *per ſe ſolùm, vel*, cực làở,

*ſigni-*

*significat maximam miseriam, vel oppressionem cordis vt*, tôi đã cực, *ego iam perueni ad summam miseriam*: tôi đã cực là ô, *ego iam sum in extrema cordis oppressione*.

*Aduerbia quibus vtuntur ad aliquid exaggerandum sunt*, lám, ráp, giagiét, thay, *significant, valde, semper postponuntur, vt* tốt lám, *pulcher vel bonus valde*: xấu, *malus*; xấu ráp, *malus valdè*: mlớn, *magnus*: mlớn giagiết, *magnus valde*: lành, *bonus*: lành thay, *bonus valdè*: *semper autem postponuntur hæ partitulæ, interdum etiam adduntur duæ ad magis exaggerandum, ita tamen vt*, thay, *semper debeat esse vltimo loco, aliæ verò sibi inuicem, vel præponantur, vel postponantur ad libitum, vt* cao, *altus*: cao lám thay, *altissimus*: giagiét, *interdum est particula admirantis, & aliquando sola illa particula profertur, nullo alio addito ad explicandam admirationem alicuius excessus*.

## De Pronominibus.

## CAPVT IV.

*PRimitiuorum pronominum est magna copia pro diuersis gradibus & differentijs hominum.*

*In prima namque persona qui sunt valdè superiores respectu inferiorum vtuntur voce*, tao, *ego*: *vt pater cum filijs, dominus cum famulis, vir etiam cum vxore vtitur hac voce; sic etiam cum quis alium paruipendit, vt pueri inter se*, tao khién mầy, *ego præcipio tibi*: *sunt enim ferè semper correlatiua* tao, *ego*: & mầy, *tu*: *at cum quis irascitur alteri vtitur voce*, tớ, *ego*: ngươi, *tu*: tớ làm chi ngươi, *ego quid curo te?*

*Moderatior est locutio superioris cum inferiori cùm dicit*, ta, *vel*, qua, *ego*: *vt dux cum militibus*, ta nói cũ bay, *ego loquor vobis*; *Ad plurale, nos, vtuntur particulis*, chúng, &, mớ, *vt*

*vt in alijs nominibus ſupra notauimus.* Min, *ego; nemo tamen illo poteſt vti niſi aliquem præeminentiæ gradum habeat præ illis cum quibus loquitur, & cum ijſdem particulis* chúng,& mó *fit plurale.*

Tôi,*ego, eſt communis modus loquendi quo quis loquitur cum ſuperioribus quibuſcumque, quamuis iuxtà diuerſitatem ſuperioritatis alia ſint addenda, ſaltem cùm quis incipit loqui: nam cum illo ſupremo, quem in Tunchino vocant.* Bua, *& eſt* Rex, *vel Imperator antiquus, qui ſolum habet titulum & nomen, cum quibuſdam præeminentijs; cùm inquam, aliquis cum illo loquitur, ſemper ſaltem initio debet addere,* tâu bua vạn tŭé, *ideſt loquor cum Rege cui expeto decem mille ætatis annos, ſeu, Rex in æternum viue & reſpondet titulo, Veſtra Maieſtas, ſi verò quis loquatur cum Rege qui regnum adminiſtrat, aliquanto inferiori exordio loquitur ita tamen vt eumdem faciat ſenſum:* dọŭ Chúa muân nam *& reſpondet titulo, Veſtra Altitudo, at cum principibus viris vt filijs Regis, vel gubernatoribus Prouinciarum dicitur,* thân đứ'c oŭ muân tuêi; *& idem ſignificat cum proportione gradus, & reſpondet titulo, Veſtra Excellentia; & iſto ſolum titulo vti ſolent qui cum Rege Cocincinæ loquuntur: cum ſupremo Magiſtro rerum ad Religionem pertitium dicitur,* bạch đứ'c thày: *& reſpondet titulo Veſtra Paternitas. Denique cum quibuslibet alijs ſuperioribus infimi gradus, vel etiam cum æqualibus eſt paſſim in vſu,* tôi chièng oŭ: *& reſpondet titulo, Veſtra dominatio: cum magiſtris qui docent literas eſt etiam in vſu,* chièng thày, *& cum alijs quibuſlibet magiſtris, etiam artium mecanicarum, diſcipuli cum magiſtro loquentes vtuntur hoc eodem titulo: at cum magiſtris ad Religionem pertinentibus expertus ſum peritiores vti titulo,* thứ'a thầy, *etiam in Confeſſione Sacramentali quod reſpondere poteſt titulo, Veſtra Reuerentia. additur tamen, vel omittitur ad libitum vox,* tôi, *humilitatis, qua ſeruum me illius profiteor, cum quo loquor; cùm aliquis ex titulis ſupradictis ora-*

*tioni*

*tioni ſeu locutioni præponitur, nam in illis titulis ſufficienter ſubauditur: Ruſticus tamen aut ſuperbus omninò haberetur qui non præmiſſo conueniente titulo cum aliquo ſuperiore auderet loqui, ſaltem in orationis principio; ſæpe etiam cum locutio eſt prolixior, iterum repeti debet idem titulus, vt vrbana ſit locutio, quod etiam ſeruatur cum æqualibus, maximè quando viri graues inter ſe loquuntur.*

*Loco pronominum primitiuorum in prima perſona ſunt etiam in vſu multa nomina appellatiua; ſepè namque ſuperiores cum inferioribus vtuntur proprio nomine quo vocari ſolent, cum familiariter loquuntur ut, Ioannes* đi có việc, *ego eo ad negotium: vel etiam nomine officij vt,* thày *magiſter;* hạọc tlò, *diſcipulus:* thày bảu hạọc tlò, *ego moneo te; ſiue ego magiſter moneo te diſcipulum. ſic etiam eſt valdè in vſu pro prima perſona, vt quis vtatur nomine, quo eminet in conſanguinitatis gradu, vt patris cum filijs,* cha, mẹ, anh, chị, chú, bác, oũ, bà &c. *ſic quando introducitur Beata Virgo loquens cum Chriſto Domino poterit ſeruato decoro vti voce,* mẹ, *Mater pro prima perſona vt,* mẹ theo con; *mater ſequitur Filium; ideſt, ego Mater ſequor te Filium. & quamuis Rex Tunchini loquens cum propria Matre vtatur voce,* tôi, *quæ ſignificat ſeruum, tamen Chriſtus Duminus ſi introducatur loquens cum Virgine Matre, congruentius vtetur nomine,* con, *Filius, in prima perſona vt,* con nói cũ mẹ, *Filius alloquitur Matrem, ideſt, ego Filius alloquor te Matrem. cùm enim ſit Deus non videtur conueniens, vt ſeruum ſe fateatur, dum loquitur cum creatura, quamuis illa ſit Mater; potius iudicarem Virginem Matrem ſi Tunchinica vſa fuiſſet lingua, vſuram fuiſſe uoce,* tôi, *ancilla, cum locuta fuiſſet cum Filio Deo; quamuis non incongruum videretur ſi vſa fuiſſet vocabulo,* mẹ, *Mater: loquens familiariter & priuatè cum Filio; id tamen totum peritioribus iudicandum relinquo.*

*Notandum præterea hæc ipſa nomina conſanguinitatis eſſe in*

*vſu etiam pro externis & alijs qui talem conſanguinitatem non habent, nam vir cum vxore loquens, vel quilibet alius cum alijs paulò inferioribus vtitur voce*, anh, *frater natu maior: vxor tamen cum viro loquens ſemper debet vti voce*, tòi, *ancilla. Mulier quælibet cum paulò inferioribus loquens vtitur voce*, chị, *ideſt, Soror natu maior: ſic dicendum de alijs nominibus ſupra relatis*, cha, *Pater*: mẹ, *Mater: & ſic de reliquis quibus ſuperiores, vel ſeniores vtuntur reſpectu inferiorum, vel iuniorum.*

*Primitiuum ſecundæ perſonæ in ſingulari eſt ſolum*, mày, *tu: hac autem uoce non licet vti niſi cum valdè inferioribus, vel cum pueris loquendo: cum ſenibus vero non licet etiamſi ſint valdè inferiores gradu, vt famuli, ſed nomine illorum proprio vtendum vt Petrus, Ioannes & ſic præcipiendo dicitur, Petrus* làm việc éy, *Petrus faciat opus illud. vir cum vxore poteſt vti voce*, mày, *abſque iniuria, melius tamen vtetur voce*, em, *ideſt Soror natu minor, vel* bạu, *ideſt ſocia. his autem vocibus*, em, *&*, bạu, *modeſtè vtimur cum omnibus inferioribus etiam famulis. at cum Chriſtianis externis maximè ſi ſint prouectæ ætatis, homines vocamus*, oũ, *Domine*; *mulieres*; bà, *Domina*: *adoleſcentes*, hẽọctlò, *ſtudioſe: puellas*, con, *Filia*: *at voce*, con, *quæ ſignificat tam Filium quam Filiam: vtuntur indifferenter Pater, & Mater, cum Filijs amanter loquentes. ſolos pueros licet vocare nomine illis impoſito ab infantia, quod vocant*: tên tọuc, *alijs enim eſſet contumelioſum, quomodo alij vocandi ſint paulò poſt dicetur. imò ſi ſint pueri nobiliorum nullo modo vocandi ſunt hoc nomine, niſi forte à Patre, vel Matre; quin etiam in domo nobiliſſimorum, vt principum & ſimilium, non licet vſurpare illud ipſum nomen etiam ad alia occurrentia: vt quia quædam Gubernatrix exempli cauſa habuit ab infantia nomen*, tiền, *quòd monetam ſignificat, non licet in domo illius, neque extra domum, eius domeſticis vti nomine*, tiền, *ſed debent dicere*, tǒàn; *idipſum reuerentiæ genus debent*

*ſeruare Filij cum parentibus, etiam infimæ ſortis.*

*In plurali vero vox*, bay, *vos, eſt in vſu paſſim cum inferioribus ſi ſint ſubditi, vt dux cum ſuis militibus loquens, vel magiſter cum diſcipulis, vel etiam herus cum famulis; nos tamen cum noſtris domeſticis vtimur potius vocibus*, anh em, *fratres: cum aliquid præcipimus, vel illos in communi alloquimur; ſic duces, vel alij ſuperiores in plurali loquendo cum beneuolentia, vtuntur vocibus maioris honoris quam illa communis*, bay, *ſit; vt* cũên, *milites;* blai, *iuuenes &c. ſic Rex cum ducibus ſuis loquens dicit nomen officij vt*, chư tướng, *duces: & tunc non vtitur voce*, tau, *ego, cum ſuperbia; ſed*, ta, *ego, cum moderatione.*

*De alijs honoribus qui adhibentur ad reuerentiam perſonæ ſuperioris, cum qua loqui debet aliquis, iam dictum eſt in primæ perſona. Notandum tamen magnam eſſe variationem in nominibus quibus quis eſt interpellandus: nam primo quidem ſi aliquis ſuperior vt Dux, aut magiſter & multò magis Rex nomen alicui impoſuerit vocatur*, ten quan, *nomen honoris, quod vt plurimum conſtat duabus literis Cinicis, vt* kieu louc, phù dú, mâu tài, *& ſimilia: cùm autem hoc nomen ſit honoris quilibet ſiue inferior ſit ſiue ſuperior, illo alium compellare poteſt, ac inferiores erga Superiores addunt vocem* oũ, *Domine, vt* oũ mậu tài *&c. ſic cùm quis adoleſcens habet fratrem natu minorem, vocatur nomine fratris ſui addendo*, cả, *ideſt maior; vt ſi frater minor vocatur* trục, *ipſe vocabitur*, cả, trục, *ſi verò habet nepotem ex fratre maiore, vocabitur*, chú trục: *ſi nepotem habeat ex Sorore*, cậu trục: *ſi Filium eo nomine vocatum habeat dicetur* cha trục: *ſi Nepotem ex Filio aut Filia ipſe iam dicitur* oũ trục, *& ſic proportionaliter de fœminis dicendum. at quilibet inferiores familiares poſſunt alloqui ſuos ſuperiores vtendo abſolutè nomine*, cha, *Pater: &* mẹ *Mater: vt famuli & famulæ cum ſuis heris communiter loquuntur: ſic Chriſtiani nobiſcum familiariter loquentes vtuntur nomine*, cha, *Pater: ſæpius*

*pius tamen vtuntur nomine*, thày, *magister*. *nomen*, anh, *Frater natu maior*, *est magni honoris atque illo passim vtuntur inferiores cum superioribus potiùs ætate quàm dignitate*, *sic etiam Filij cum Patre loquentes vix vocant*, cha, *sed*, *vel*, anh, *vel*, chú, *idest Frater minor Patris*; *vel*, cậu, *Frater Matris*: *& hoc nomine*, cậu, *cum honore uocantur communiter Eunuchi Regis aut Reginæ nisi illi supremam aliquam habeant dignitatem*, *tunc enim uocantur nomine illi dignitati competenti*, *& reliqui omnes in dignitate constituti nomine suæ dignitatis salutantur*. *Tunchini*, oũ chũ-âng, *est nomen commune honoris in secunda persona pro quolibet in aliqua inferiori dignitate constituto*: *at in Cocincina soli Filij aut Fratres aut proximè consanguinei Regis hoc afficiuntur honore*. *Filius Matrem uix uocat nomine Matris*, mẹ, *sed*, *uel uocat*, chị, *idest Soror natu maior*; *uel*, cô, *idest Soror Patris*; *uel*, dì, *idest Soror Matris*, *quod fortè aliqua superstitione non caret*, *maximè pro pueris tenerioribus*, *cùm sic à parentibus iubentur*. Bác, *idest patruus Patre natu maior*, *est in usu cum superioribus etiam magnis*, *modo non sint supremæ alicuius dignitatis*; *est etiam in usu pro fœminis grauioribus*, *non tamen supremæ dignitatis*, *nam*. *Mater Regis uocatur* đức lão: *Regina dicitur* Chúa bà; *Filia Regis*, bà Chúa. *reliqua usus docebit*.

*Denique cum multos simul cum reuerentia alloqui uolumus*, *utimur particula pluralis numeri*, phô, *ut*, phô ɔũ, *Domini*: phô bà *Dominæ*: *uel dominationes uestræ*

*In tertia persona pro inferioribus utimur particula*, nŏ, *ille*: chúng nó, *illi*: *at pro æqualibus*, *& multòmagis Superioribus*, *repetitur nomen honoris illius personæ*. *ut aliquam dignitatem aut præeminentiam illius significemus*: *uox*, ngư-ờ-i, *significat*, *ille*, *cum honore*, *ut* con ngư-ờ-i, *Filius illius &c*, *cùm tamen loquimur de Deo Patre*, *aut de Spiritu Sancto*, *aut de tota Sanctissima Trinitate*, *non possumus uti illa uoce*, *quæ hominem significat cum honore & dignitate*, *sed debemus repete-*

*re ipſummet nomen, ſeu perſonam de qua loquimur ut*, con Chúa blò-i, *Filius Dei: ſic etiam dicendum de Angelis. Quoad plurale in tertia perſona idem quod ſupra de nominibus; uel etiam quod de ſecunda perſona dictum eſt, debet etiam applicari tertiæ perſonæ.*

*Reciproca ſui, ſibi, ſe, explicantur per uocem*, mình, *ut*, ai néy lo ſự mình *unuſquiſque curat res ſuas uel certè repetitur idem ſubſtantiuum ut*, cha lo việc cha, con lo việc con, *Pater curat negotium Patris Filius curat negotium Filij: cum enim* mình *propriè ſignificet corpus, non niſi pro rationalibus habentibus corpus uſurpari propriè poteſt, ideſt pro ſolis hominibus.*

*Demonſtratiua hic, hæc, hoc*, nầy: *iſte, iſta, iſtud*, nầy: *is, ea, id*, ấy, *uel*, nọ: *ille, illa, illud*, ấy, nọ: *ille alius*, kia; *tero in aliquibus prouincijs ut*, đàng nọ đàng kia, *illa uia, illa alia*: việc nầy việc nọ, *negotium hoc, negotium illud, ideſt uaria negotia*: oũ nọ, oũ tê *Dominus ille & ille alius ſemper poſtponitur hoc pronomen ipſi nomini*: nó *ſignificat etiam ille cum contemptu de animatis, loco cuius honorando dicitur*; người ở *de ſolis hominibus: illa eſt autem differentia inter*, nẹ, &, nó, *quod* nọ *cenſetur eſſe in recto, uel in eodem caſu cum ſubſtantiuo, cui additur: at* nó *additum & poſtpoſitum ſubſtantiuo, intelligitur eſſe in genitiuo caſu: ut* nhà nọ, *domus illa: at* nhà nó, *domus illius habet uim pronominis poſſeſſiui, utuntur enim primitiuis in obliquo pro poſſeſſiuis, ut* cha tôi, *Pater meus, ac ſi dicatur, Pater mei*; cha mày, *Pater tui, ideſt Pater tuus: cùm enim non habeant caſus, è duobus ſubſtantiuis quod poſtponitur intelligitur eſſe in genitiuo.*

De

# De alijs Pronominibus.

## CAPVT V.

NOn *datur propriè relatiuum* qui, *quæ*, *quod*, *ſed præponendo nomen & ex oratione paſſiua faciendo actiuam vt*, mày đặọc ſách, *tu legis librum. ſi dicam*, ſách mày đặọc, *ideſt liber à te lectus*, *ſiue liber quem tu legis*: nó làm viậc, *ille facit opus*: *ſi dicam*, viàc nó làm, *opus ab illo factum*, *vel opus quod ille facit*: *& ſic de reliquis*. *Colligitur etiam ex modo loquendi*, *& pro hominibus eſt in vſu vox*; ai, *maximè quando non eſt interrogatiua & additur particula* thì, *hoc modo*, ai múân thì làm, *qui vult is faciat*: ai có cơm thì ăn, *qui habet coctam orizam is edat*. *in plurali verò dicitur*, Kẻ, *vt*, Kẻ có tài thì hặọc, *qui habent ingenium*, *illi diſcant*. ai, *&* Kẻ, *ſolùm dicuntur de hominibus*: *at tam in hominibus quàm in alijs eſt in vſu*, nào, *vt* bò nào béo thì mạnh, *bos qui eſt pinguis is eſt fortis*: thàng nào lành thì dễạy, *puerum qui eſt bonus ſiue bonæ indolis*, *hunc doce*: áo nào dài thì tốt, *veſtis quæ eſt oblonga*, *illa eſt pulchra*; *reliqua de relatiuis vſus docebit vt*, Cha chúng tôi ở tlèn blời, *Pater noſter qui eſt in cœlis*. *&* lạy Cha chúng tôi ở tlên blời. *Pater noſter qui es in cœlis*.

*Interrogatiuum*, ai, *quis pro hominibus tantum*; *vt*, ai nói, *quis loquitur? in plurali additur* nhữ̃ng, *vel*, dữ̃ng, *vt*, nhữ̃nh ai làm, *quinam fecerunt? Vniuerſaliter verò tam pro hominibus quàm pro alijs rebus*; nào, *poſtpoſitum ſubſtantiuo eſt in vſu*, *vt* nhà nào, *quæ domus?* viậc nào, *quod negotium?* thằng nào, *quis puer*, *vel quis? cum contemptu*: ngườ̀i nào, *quis homo? cum honore*.

Ai, *poteſt ita declinari pro interrogatiuo quis*, *vt Nominatiuo* ai đến: *quis venit?* *Genitiuo*, áo ai: *veſtis cuius?* *Datiuo*,

cho

cho ai: *datur cui?* *Accusatiuo* keo ai: *vocas quem?* *Ablatiuo*, đi cũ ai: *is cum quo?* *In plurali verò addi possunt particulæ*, nhữ-ng, *vel* dữ-ng.

Ai, *interdum quando postponitur verbo, significat, aliquis, vt:* có ai đi cũ, *est ne aliquis simul?* ai là ai, *vel*, ai nấy, *quicunque:* ai là ai muốn thì làm, *quicunque vult faciat:* ai nấy nghe thĩ thư-ơng, *quicunque audit, miseretur.*

Nào, *sæpe postponitur vt*, nhà nào, *quæ domus? & ordinariè est in recto, vel potius in eo casu in quo est substantiuum, cui postponitur, atque ita hæc potest assignari differentia inter* nào, &, ai, *quod*, ai, *postpositum semper est in obliquo vt*, nhà ai *cuius domus?* nào, *vero minimè, vt*, nhà nào, *quæ domus? at* nào, *quando præponitur significat interdum, vbi est, vt*, nào sách, *vbi est liber?* nào thàng áy, *vbi est puer ille? interdum etiam interrogando negat id esse quod quæritur*, nào có, *vbi est? idest non est:* nào có mlẽ gì, *quænam ibi est ratio? idest, nulla est ratio.*

*Quid, vt, quid est hoc?* cái nầy là đi gì? *ad quid*, làm chi, *vt*, đi đ'âng ấy làm chi? *quare, vel ad quid itur hac via?*

*Quot*, mấy, *vt*, mấy ngư-ời? *quot homines? vel*, bao nheo, *vel*, bao deo, bán bao nheo? *quanti vendit? Istud*, bao, *additur ad interrogandum de omni specie quantitatis, siue continua, siue discreta; vt*, bao mlớ-n? *quantum magnus?* bao cao, *quantum altus?* bao sâu, *quam profundus?* bao dài, *quàm longus?* bao giờ, *qua hora, sine quando? & sic de cæteris, quæ facilè vsus docebit.*

*Quantumlibet*, bao nheo bấy nheo: *quandocunque*, bao giờ bấy giờ: cho tôi bao nheo gạo, thì tôi blả bấy nheo bạc: *quantum orizæ mihi dederis, tantum argenti tibi soluam.*

*Interrogatiuum de substantia rei*, đi gì, *vel* gì, *vt*, muốn đi gì, *quid vult?* có việc gì, *quod negotium habet?*

*Interrogatiuum finis*, làm chi, *vt*, đi đàng kia làm chi,

*quare*

*quare itur illa alia via ? vel intentionis vt*, ấy làm sao, *quale fuit intentum ?*

*Interrogatiuum modi vt*, cách nào thế nào, *quomodo, qua ratione*. việc ấy làm cách nào, *illud negotium quomodo fit ?*

*Interrogatiuum causæ*, cớ sao, *vel* cớ nào, nhin sao, vì sao, í sao : nhin sao, *ordiuariè præponitur toti propositioni, vt* nhin sao đức Chúa blời ra đời, *quam ob causam Dominus cœli natus est in mundo. alia etiam postponuntur, vt* Chúa chịu cớ sao, *Dominus passus est qua de causa ?*

Bao nả, *quomodo vales ? quomodo tecum agitur ? sic etiam*, nả, *ad alias interrogationes eleganter superadditur, vt*, có việc gì nả, *est ne aliquod negotium ?* thàng ấy ở kẻ nào nả, *puer ille cuias est ? cætera de interrogationibus vsus docebit.*

## De Verbis.

## CAPVT VI.

*NVmerus & persona verborum colligitur ex pronominibus superadditis vt*, tôi iêo, *ego amo* : mày iêo, *tu amas* : nó iêo, *ille amat* : chùng tôi iêo, *nos amamus* : chúng bay iêo, *vos amatis* : chúng nó iêo, *illi amant. debent tamen seruari regulæ honoris de quibus supra cum de pronominibus. Tempus dignoscitur ex quibusdam particulis adiectis.*

*Præsens non necessario habet particulam adiectam, interdum tamen habet, vt*, tôi mạc việc bay giờ, *ego occupor negotio nunc.*

*Præt. imperfectum*, hôm qua tôi mạc chép thư, nói chẳng đượ c *heri occupabar scribendis literis, loqui non poteram.*

*Præt. perfectum*, đã về, *iam redijt*: đã nói, *iam loquutus est. Plus quam perfectum*, hôm kia khi oũ đến đã chép thư đoạn:

*nudius*

*nudius tertius cùm veniſti, epiſtolas iam ſcripſeram.*

*Futurum*, sẽ đi, *ego ſtatim ibo.*

*Item intelligitur præteritum præſens, vel futurum ex ipſo loquendi modo, vt ſi res aliqua iam peracta eſt & de illa quæritur*, ai làm, *quis fecit? benè intelligitur præteritum, & ſi actu fit intelligitur præſens ſi faciendum, futurum.* bao giờ, *præpoſitum verbo facit futurum vt*, thày bao giờ đi, *magiſter quando ibit, poſtpoſitum verò indicat præteritum vt*, thày về bao giờ, *magiſter quando redijt. interdum etiam indicat præſens, vt colligitur ex modo loquendi ex antecedentibus, & conſequentibus.* xem thấy oũ bao giờ thì tôi mầng, *quando te video tunc lætor.*

*Modi etiam ex quadam proportione intelliguntur, nam indicatiuus eſt quando perſona cum verbo abſque alia particula ſuperaddita coniungitur vt*, tôi đi, *ego eo.*

*Imperatiuus quoque colligitur ex ipſo loquendi modo, vt*, mầy đi cho cháõ, *ito ſtatim. particula*, đi, *addita cuicunque verbo facit imperatiuum vt*, chèo đi, *remiga*: hặọc đi, *addiſce: taliſque modus non eſt in vſu niſi cum inferioribus: idem dic de verbis*, ra, & ḅ̆eaò, *quæ ſignificant egredi & ingredi, nam addita alijs verbis quæ ſignificant actionem per ingreſſum, vel egreſſum faciunt imperatiuum vt*, léy áo ra, *affer veſtem ſeù extrahe veſtem, ſeu afferendo veſtem exi.* cất ſách ḅ̆eào, *reconde librum, ſeu recondendo librum ingredere. ſic particula imperantis eſt*, hãy, *vt.* hãy làm việc này, *fac hoc negotium. particulæ prohibitiuæ ad imperatiuum pertinent vt*, chớ, đừng, *ideſt, ne. vt*, chớ đi, *ne eas:* đừng làm, *ne facias: particula* mựa, *ne, minus eſt in vſu, quamuis ſit ſatis elegans loquendi modus*, mựa hề nói dối, *nullo modo mentiaris: canibus, ne mordeant, ſolent dicere* mựa, *& ſæpius idem vocabulum repetere, ita vt canes ibi aſſuefacti illis vocibus à morſu abſtineant*; khŏan đã, *expecta*: dựo-m, *vel*, dựo-m đã, *expecta*: khŏan đã nao, *cur non expectas? cum quadam queri-*

*querimonia, quod non fiat quod petitur, nunquid expectabis?*

*Optatiuus exprimitur per particulas*, chớ gì, *vtinam*, chớ gì tôi kính mến Chúa tlên hết mọi sự, *vtinam amem Dominum super omnia.*

*Coniunctiuus fit additis varijs particulis vt* nếo, *si*, nếo hặọc thì biết, *si didiceris tunc scies.* có, *etiam habet eamdem vim vt* có đi thì đến. *si iueris peruenies*: có tim thì đượ̣c, *si quæsieris inuenies.* hặọc, *vel* hặọc là *si fortè*, hặọc, *vel* hặọc là có biết ngườ̀i, *si fortè nouisti hominem.* đâù, *vel* dù; dâù mà, *vel* dù mà, *etiamsi*, dù mà có tài thì phải hặọc, *etiamsi habeas ingenium debes studere. eleganter additur* cũ, *vel* laõ le, *tamen*: dù mà có đạo laõ le cũ phải giữ, *etiamsi habeas legem, tamen seruanda est:*

*Infinitiuus modus intelligitur quando verbum absolutè ponitur sine pronomine, vt*, kính mến Chúa blờ̀i, tlên hết mọi sự, *amare Deum super omnia. item quando duo verba connectuntur quæ diuersum habent significatum posterius intelligitur esse in infinito*, mày phải làm, *tibi conuenit agere*: tôi di xem lễ, *ego eo audire sacrum. at quando verba idem significant non est necesse vt posterius sit in infinito vt*, thầy dặ̣y dỗ ngườ̀i ta; *magister docet homines.*

*Gerundia in di, facilè dignoscuntur ex substantiuis, vt temporis*, đã đến giờ hặọc *aduenit hora discendi. Intentionis vt*, thàng áy có í hặọc, *puer ille habet animum addiscendi. actionis, vt*, làm chẳng cũ, *faciendi non est finis.*

*Gerundia in do per particulam*, thì, *commodè explicantur*, an thì mớ̀i no, *edendo saturaberis.* làm thì mớ̀i giàu, *faciendo ditaberis, & sic de cæteris.*

*Gerundia in dum benè explicantur per*, mà, *vt*, tôi ngồi mà nghe, *ego sedeo ad audiendum: interdum etiam sub intelligitur, ut*, mầy đi làm việc, *ito ad faciendum opus.*

*Idem dic de supinis in tum*, mầy đi mà nàm, *uel*, mầy đi

nàm, *ito cubitum. ſupinum uerò in tu exprimitur per uoces,* nghĩ, *uel,* dễ *facilè,* khó *difficile,* nói thì dễ làm thi khó, *dictu facile, factu difficile.*

*Nulla ſunt uerba negatiua, ſed ſolum fiunt per particulas negatiuas ut,* chẳng, *non, in aliquibus Prouinciis,* nõ. *ſed eſt uitium linguæ:* chẳng, *ſemper præponitur quando eſt negatio ut,* chẳng có, *non eſt. ſi uerò poſtponitur caret accentu & eſt interrogatiuum ut,* có chang, *eſt ne?* sốt, &, đâu, *poſtponuntur & addunt uim negationi ut,* chẳng có đi gì sốt, *nihil eſt omninò:* chẳng phải mlễ đâu, *non eſt conforme rationi ullo modo: Particula* chốc, *uel alij* giốc, *affirmat cum quadam emphaſi, ut* phải chốc, *ita eſt omnino.*

*Paſſiua propriè non dantur: impersonale poſſumus dicere,* đǒạn, *actum eſt, ut* việc nầy đã đǒạn, *hoc opus iam actum eſt. Denique aduertendum, quod etiam ſupra notauimus, multa eſſe uerba quæ ſimul ſunt nomina, quod facilè ex antecedentibus & conſequentibus in oratione colligitur, ut,* chèo này dài, *remus hic eſt oblongus, tunc* chèo *eſt nomen: ſi uerò dicam,* chèo đi cho mạnh, *remiga fortiter, tunc* chèo *eſt uerbum, & ſic de aliis.*

*Participijs hæc lingua caret eorum loco utuntur uerbo cum particulis ſignificantibus qui quæ quod ut,* ai iêo, *qui amat ideſt amans:* kẻ iêo, *qui amant, ideſt amantes.*

## De reliquis orationis partibus indeclinabilibus.

## CAPVT VII.

*Præpoſitiones ordinariæ, quæ ſunt in hac lingua, noſtris reſpondent, ut à uel ab,* bở i; *per,* léy: *propter,* vì: *pro, idem,* vì: *loco alterius,* thay vì: *ante,* tlước: *retro,* ſau: *ſupra,* tlên: *infra,* dưới: *circa,* chung quanh: *remotè,* xa: *propè,* gần: *iuxtà,* áp: *cis,* bên nầy: *trans,* bên kia: *extra,* ngǒài:

ngŏài: *intra*, tlaŏ: *penes*, & noi: *ad*, chŏ: *cum*, cŭ, cũ, ḅối, và: *in*, ở: *circiter*, dồ: *præter*, chẳng kể: *clam*, tlôm: *palam*, tlước mạt: *ſine*, *abſque*, vô, chẳng có: *ex*, *uel de*, bở i. *ſæpius benè intelligitur oratio abſque ulla propoſitione*, *ut* ḅĕào cửa, *ingredi in portum*: ra cửa, *egredi è portu*: thề Chúa blòi, *iurare per Dominum cæli*. *& ſic de alijs quæ uſus docebit*.

*Aduerbijs abundat hæc lingua*, *quæ ſæpe etiam duplicantur*: *optantis*, ò *utinam*, chớ gì: *uocantis*, o hỡi: o, *præponitur*, hỡi, *poſtponitur ei quem uocat ut*, o *Petre* hỡi. *Interrogantis*, *quare*, ſao, nhin ſao, vì ſao, ì ſao: *Quidita*, làm chi: *Quomodo*, làm ſao, thế nào, nhường nào, dường nào: *quomodocunque*, thế nào thế nào. *reſpondentis*, *ita affirmando ſuperioribus*, *cum honore*, dạ: *æqualibus*, phải; *inferioribus*, ưng: *confirmandi profectò*, át thật: *negandi*, chẳng, chẳng có, chẳng phải; *ſuperioribus tamen debet præmitti honor competens ut ſupra*: *dubitantis*, âu là, hoặc là: *iubentis*, hãy: *prohibentis*, *ne*, chớ, dừng: *demonſtrantis*, *en*, ấy: *comparantis*, hơn, *magis in omni genere boni uel mali*. *uelociter*, cho cháo; *ſegniter*, chậm: *pedetentim*, sẽ sẽ. *temporis*, *hodie*, hôm nay: *cras*, mai; *heri*, hôm qua *&c*. *loci*, *hic*, đây: *illic*, đấy. *numeri ſemel*, *bis*, một lần, *ideſt*, *una uolta*: hai lần, *due uolte*: *Ordinis primum*, tlước hết, đầu hết: *poſtremò*, ſau hết: *fortè*, tình cờ, vô í: *ſicut*, như, như bàng: *ſimiliter*, cũ ḅậy, *uel* cũ ḅấy: *aliter*, khác. *Quantitatis multùm*, nhẽo, *uel* dẽo: *parum*, it: *ſolùm*, mà thôi: *ordinariè* thường, *uel* thường lệ: lien, *ſemper*: *ſæpe etiam nominibus utuntur pro aduerbijs ut*, ban ngấy, *interdiù*: ban đêm, *noctu*: ban mai, *manè*: ban hôm, *ſerò*, *ueſperè*.

*Interiectiones*, *gaudentis*, mầng hể: *dolentis*, thương hể, khó hể, cha ôi, hĩ ôi: *miſerentis*, hại hể *plangentis*, hỡi hư hư: *irridentis*, hệ hê. *Notandum quod in hac natione planctus inſtituunt pro defunctis*, *in quibus eſt enumeratio eorum*, *quæ ad lacrymas mouere poſſunt*, *adhibito quodam rithmo*, *& uoce*

*flebili, cum intercalari interiectione,* ôy, *post aliquod tempus.*

*Denique coniunctiones; copulatiuæ, ac, &;* hŏà, và, *interdum etiam,* mà, cŭ, ɓŏi: *disiunctiuæ, aut, vel;* hay là, hay: *aduersatiuæ, etsi, quamuis;* dù mà, dâù mà, tuy là; *tamen;* ſaõ, ſaõ le: *collectiuæ, ergo, quare,* thì, ɓậy thì: *comparatiuæ,* ví bàng; *sicuti, quemadmodum: dantes rationem nam, quia;* ví chưng; nhin vì ſự áy, *propterea, quapropter: expletiuæ,* át là, thật là, *profectò. & hæc de partibus orationis dicta sint satis ex quadam analogia ad linguam Latinam.*

*Quare hoc idioma propriè non habet distinctionem generum quæ ex terminatione colligi possit, solum in sensitiuis, in quibus est distinctio sexus, quædam sunt vocabula, quæ solum dicuntur de maribus, alia solum de fœminis, nam de auibus,* ſóũ, *significat masculum, vt* gà ſóũ, *gallus gallinaceus;* mái, *fœminam,* gà mái, *gallina: in alijs animalibus quadrupedibus,* đực, *est masculus, vt,* bò đực, *bos:* cái, *est fœmina, vt,* bò cái, *vacca: debet tamen postponi, vt habeat illam significationem, nam,* cái, *præpositum substantiuo dicitur de rebus inanimatis & artificialibus, & ferè de omni re materiali, vt,* cái này, *res hæc:* con, *dicitur de omnibus animalibus, vt,* con gà, *gallina:* con bò, *bos: &c. si postponitur,* con, *significat paruulum nondum perfectum in illa specie, vt,* gà con, *pullus;* bò con, *vitulus, & sic de cæteris. de hominibus quamuis,* con, *communiter intelligatur de fœminis, tamen etiam pro masculis interdum accipitur; sicuti etiam vox,* đứa, *indifferenter accipitur tam pro masculis quam pro fœminis, vt,* tôi có hai đứa, một blai một gái: *ego habeo duo capita vnum masculum, vnam fœminam: at,* blai, *semper de masculis dicitur,* gái, *vero de fœminis. sic* oũ, *de solis viris, & de solis fœminis,* bà, *dicitur cum honore: at* ngù-o-i *tam de viris quam de mulieribus cum honore:* thầng, *solum dici-*

*tur*

*tur de masculis cum contemptu, ut de pueris. De quibuscunque arboribus dicitur*, cây, *vt*, cây dừa, *palmæ:* blái *verò de quibuscunque fructibus*, *vt*, blái cam, *malum aureum*: *De præteritis & supinis vide quæ supra dicta sunt cap. de verbis*,

## Præcepta quædam ad syntaxim pertinentia.

## CAPVT Vltimum.

*PRimum: Nominatiuus debet præcedere verbum, alioquin si subsequatur iam non est nominatiuus illius verbi, vt* mầy cười, *tu rides, si dicas ordine inuerso*, cười mầy, *ideſt, rident te.*

*Secundum: nomen quod sequitur verbum, est casus illius, vt,* tôi mến Chúa, *ego amo Dominum; si dicam,* Chúa mến tôi, *ideſt, Dominus amat me:*

*Tertium: substantiuum ordinariè præcedit, & sequitur adiectiuum, vt,* Chúa cả, *Dominus magnus;* thằng nhỏ, *puer paruulus: dixi ordinariè, hæc enim regula patitur exceptionem, vt,* cả lòng, *magnum cor, ideſt audacter:* cả gan, *magnum hepar, ideſt generosè, est autem modus loquendi potiùs metaphoricus, nam in modo simplici loquendi regula manet.*

*Quartum: ex duobus substantiuis simul, quod secundo loco ponitur, est in obliquo, vt,* Chúa nhà, *Dominus domus: si dicam,* nhà Chúa, *ideſt, domus Domini.*

*Quintum: adiectiua secum deferunt verbum substantiuum, ita vt non sit necessè illud addere, maximè si præcedat aliquod pronomen demonstratiuum: vt,* núi nầy cao, *mons hic*

*est*

*ſte altus*. thẳng ấy lành, *puer ille eſt bonus, vel etiam aliud ſubſtantiuum vt*, áo mày cũ, *veſtis tua eſt vetus*: mlời Chúa thật, *Verbum Dei eſt verax*.

*Sextum: rarò vtuntur coniunctione copulatiua, imò ſine illa, multa ſimul cum elegantia conglobant, vt*, kẻ có đạo thì thức sớm, đọc kinh, lần hột, đi xem lễ, thí cuả cho kẻ khó, làm phúc: *qui habent legem, ideſt Chriſtiani, maturè ſurgunt, recitant preces, roſarium percurrunt, eunt ad ſacrum audiendum, diſtribuunt eleemoſynas pauperibus, faciunt opera bona, hæc omnia poſſent dici cum coniunctione copulatiua, elegantiùs tamen dicuntur ſine illa*.

*Septimum: Nominatiui qui verbis præfiguntur eleganter iterum atque iterum repetuntur, vt*, tôi lạy thầy, toi bởi làng mà đến, tôi đã nhạoc, tôi xin xưng tội, tôi xin chịu mình Chúa: *ego reuerentiam exhibeo magiſtro ego ex pago veni, ego ſum defatigatus, ego peto confiteri peccata, ego peto, vt ſuſcipiam corpus Domini. eleganter repetitur illud*, tôi, *ego, quod in Latina lingua redundaret*.

*Octauum: quædam particulæ in hac lingua habent emphaſim quæ vix poteſt adæquatè in lingua Latina vnico verbo exprimi, inter quas particulas eſt particula*, thì, *quæ interdum eſt cauſalis, vt*, có muốn thì làm, *ſi vis ergo fac*; có tội thì phải xưng, *habes peccatum ergo debes confiteri: interdum eſt diuiſiua, vt*, có kẻ thì lành, có kẻ thì dữ, *ſunt aliqui boni, ſunt alij mali. quando conclamata res eſt dicitur*, thì chớ, *vt*, chẳng nghe thì chớ. *non audit non audiat: etiam ad maiorem emphaſim additur particula* vi, *quæ affirmationi, vel negationi roburaddit; vt*, chẳng đi thì chớ vi, *non eſt iturus, ſanè non eat*: phải vi, *eſt valdè rationi conſonum: loco*, vi, *cum inferioribus dicitur*, la, *vt*; phải la, *rectè dicis*.

*Denique ſicuti ſupra notauimus, eleganter repeti pronomen* tôi, *ego, etiam ſi ſæpius proferatur ſic etiam pronomen*, nó, *in contemptum eleganter repetitur, vt ſi de diabolo ſic loquamur*;

*mur;* ma quĩ nó nghét ta, nó có nhéo chước dễ̃ làõ người ta, nó đi, nó lai, nó muấn ta sa đia ngục cũ nó, *diabolus ille odit nos, ille habet multas artes ad inducendum corda hominum, ille it, ille redit, ille cupit, vt nos cum ipso in infernum ruamus; illud*, nó, *ille, toties repetitum habet suam emphasim: alia multa vsus ipse docebit, hæc pauca prælibasse, sufficit.*

## *Errata Corrige.*

Pag. 1. siguificatur pro significatur. cõscribieur, conscribitur. pag. 3. ệm, êm. pag. 5. prolusitanis, pro Lusitanis. pag. 6. ḅo, ḅọ. pag. 7. v, mê, ▼ mê. guet, nguẹt. a̋er, aër. pag. 9. inscrmus, infirmus. pag. 12. hamines, homines. pareicula, particula pag. 13. chi, chị. tôi, tội. pag. 17. debct, debet. pag. 18. cũên, cõên. pag. 20. nẹ, nọ. pag. 23. & alibi iêo, yêo.

XXX II.84
XXXX VII.87

00007572